OEcclesie tue ecclesia gloriosus martyr et pontifex thomas gladiis impiorum occubuit: presta quesumus. vt omnes qui eius implorant auxilium/ pie petitionis sue salutarem consequantur effectum. Per christum dominum nostrum. Amen.

¶De sancto erkenwaldo episcopo.

O decus insigne nostrū / pastorq; benigne.
Diux londonie / pater erkenwalde beate.
Qui supra astra deum gaudes spectare per
euū. Aspice litātes / tua gaudia nos celebrā-
tes. Et tecū vite fac participes sine fine. ℣.
Ora pro nobis beate erkenwalde. ℟. Ut di
gni efficiamur promissionibus xpi. Oremus.

OMnipotēs sempiterne deꝰ apud quē
est cōtinua semper sanctoꝝ festiuitas
tuoꝝ: presta q̄sumus. vt qui memoriā beati
erkenwaldi pōtificis agimus: ab hostiū no-
strorum eruamur nequicia: et ad eternorū
nos puehi cōcedas beneficia premioꝝ. Per
dominū nostrū iesum xp̄m filium tuū. Qui
te cū viuit ⁊ regnat in secula seculoꝝ. Amen
P̄r nr̄. Aue. ¶ De sancto Nicholao epō. ān.



Bt̄us nicholaus adhuc puerulꝰ
multo ieiunio macerabat corpus
℣. Ora pro nobis beate nicholae.
℟. Ut digni efficiamur promissio
nibus christi. Oremus.

DEus qui beatum nicolaum
piū pontificē tuū innumeris decorasti mira
culis: tribue nobis q̄s. vt eiꝰ meritis ⁊ p̄ciꝰ
a gehēne incendiis liberemur. Per xp̄m do-
minū nostrū. Amen. Pater nr̄. Aue maria.

¶ De sancto Armigilo confessore. antipho.
Sancte dei preciose/aduocate glorioſe/cõ=
fessor armigile. Saluatorẽ deprecare/nos
a malis liberare gutteq; grauamen. Hoc in
mũdo dũ vidisti/per virtutẽ iesu christi tuis
sanctis pcibus. Tactu pallij adiuuisti/plu=
res quos post eruisti:suis a lãguoribꝰ. Mor=
bos enim vniuersos/multa plebe circũspers=
sos:sanasti mirifice. Juua ergo oẽs gentes
in te sancte confidentes/confessor armigile
Tibi vt prenũciare/mortem celũq; parare:
missus erat angelus. Tua virtus depcetur
nra mors prenũcietur:a celo diuinitus. Si=
mus deo vt parati/quãdo erimus vocati:a
plenti sclo. Et post huiꝰ vite cursum/pfrua
mur tecũ sursum/sctorũ cõsortio. ℣. Ora p
nobis vtilissime cõfessor armigile. ℟. Ut p te
liberemur a morborũ oim grauamie. Orẽꝰ
Deus q beatũ armigilum cõfessorem
tuũ mirabilibus innumeris decora=
sti miraculis:cõcede ppicius:vt nos ab om
ni aduersitate mẽtis ⁊ corporis semp libere=
mur/supplicationẽ nostrã ac auditionẽ vo=
tiuã cõsequi mereamur:⁊ feliciter ad eterne
beatitudinis cõsortiũ/eius pcibꝰ producamur
Per christũ dñm nostrum. Amẽ. Pr̃ nr̃. Aue



De sctā maria magdalena. ān. Maria ergo vnxit pedes ihesu/ et extersit capillis capitis sui: et domus impleta est ex odore vnguēti. ℟. Dimissa sunt ei pctā multa. ℣. Qm̄ dilexit multū. Oremus.

Largire nobis clemētissime pater quo sicut btā maria magdalena vnigenitū tuū sup oīa diligēdo suoꝝ obtinuit veniā pctcaminū: ita nobis apud miam tuā sempiternā impetret btitudinē. Per xp̄m dn̄m nostrū. Amē. De sctā Wilgefortte virgi. et mart. ān. Aue sancta famula Wilgefortis christi. Que ex tota aīa christū dilexisti. Dū regis cecilie nuptias respuisti. Crucifixo dño fidē prebuisti. Jussu patris carceris tormēta subisti. Creuit barba facie quod obtinuisti. Arpo p munere quod sibi voluisti. Te volentes nubere sibi cōfudisti. Videns pater impius te sic deformatā. Eleuauit acri⁹ in cruce paratā. Ubi cū virtutib⁹ reddidisti gratā Animā quātotiēs xpo cōmendatā. Quia deuotis laudibus tuā memoriā virgo recolimus. O beata Wilgefortis ora pro nobis q̄s mus. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in eternū. Oremus

HAnuliã tuã qsumus dñe beate Wilge
fortis virginis & martyris tue regis
filie meritis & precib⁹ ppicio⁹ respice: et sicut
ad pces ipsi⁹ barbã qua cõcupiuit sibi celitus
accrescere fecisti: ita desideria cordis nri su-
perne gre digneris benefits augmentare.
Per xpm dñm nrm. Amen. Pater nr. Aue.
¶ De sancta Katherina virgine & mar. an.
Virgo sancta katherina grecie gẽma ni-
be alexandrina cõsti regis erat filia. ℣. Ora
pro nobis beata katherina. ℟. Ut digni effi
ciamur promissionibus christi. Oremus.
OMnipotẽs sempiterne de⁹ qui glorio-
se martyris tue katherine corpus in
montẽ synai ab angelis deferri iussisti: cõce-
de ppicius ei⁹ obtentu nos ad arcẽ virtutũ
prouehi/ vti visionis tue claritatem merea-
mur intueri. Per xpm dñm nostrũ. Amen.
Pater noster. Aue maria.



¶ De sancta margareta virgine.
& martyre. Antiphona.
Erat autem margareta annor
quindecim: cum ab impio olibrio
traderetur in carcerem. ℣. Spe-
cie tua & pulchritudine tua. ℟m.
Intẽde prospere procede et regna. Oremus.

DEus qui beatam virginem margaretam ad celos per martyrii palmã venire fecisti: concede nobis quesumus vt eius exẽpla sequentes. ad te pertingere mereamur. Per christum dominũ nostrũ. Amẽ Pater noster. Aue maria.

¶ De sancta Sitha virgine. ãn.

AVe sancta famula sitha iesu christi. Que cũ tota anima deo placuisti. Egenos & flebiles de cibo pauisti. Cecos/mutos/debiles/ et claudos iuuisti. Semper elemosynã dare queliuisti. Deũ et ecclesiam virgo dilexisti. Fraudem et nequiciã tui nimis odisti. Para nobis gloriam quã tu meruisti. ℣ Ora pro nobis beata virgo sitha. ℟. Vt mundemur ab omnibus malis in hac vita. Oremus.

DEus qui beatã sitham virginem famulam tuam in ipsius vita multis miraculis decorasti: te suppliciter exoramꝰ vt omnes qui in tuo nomine ab ea postulant auxilium/eius ob tentu apud te sibi sentiãt opportunũ. Per christum dominũ nostrum. Amen. Pater noster. Aue maria.

¶ De omnibus sanctis. Antiphona.

OMnes sancti et electi dei nostri memoramini ante deũ: vt vestris precibꝰ adiuti me-

reamur vobis adiungi. ℣. Letamini in domino et exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oremus.

OMnium sanctorum tuorum quesumus domine intercessione placatus: et veniam nobis delictorum tribue: et remedia sempiterna concede. Per christum dominum nostrum. Amen. Pro pace. An.

Da pacem dñe in diebus nostris: quia non est alius qui pugnet pro nobis/ nisi tu deus noster. ℣. Domine fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis. Oremus.

DEus a quo sancta desiderta/ recta cogitata/ et iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem: vt corda nostra mandatis tuis dedita: et hostium sublata formidine/ tempora sint tua protectione tranquilla. Per christum dominum nostrum. Amen. Benedicamus dño. Deo gratias. Pater noster. Aue maria.

Ad matutinas de Cruce.



DEus in adiutoriū meum intende
Dñe ad adiuuandū me festina.
Gloria patri et filio et spūi scto.
Sicut erat in prin. &c. Hymnus.

Veni creator spiritus/ mentes tuorũ visita:imple superna gratia/ que tu creasti pectora.

Memento salutis auctor q̃ nostri quondã corporis: ex illibata virgine/ nascendo formam sumpseris.

Gloria tibi dñe/ qui natus es de vtrgine cũ patre & sancto spiritu/ in sempiterna secula Amen. Ad. O admirabile. ps. lui. in quo docetur vir iustus in aduersis laudare deum.

Deus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me/ et fortes quesierũt animã meã: et non proposuerũt deum ante conspectum suum.

Ecce enim deus adiuuat me & dominus susceptor est anime mee.

Auerte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi: & cõfitebor nomini tuo domine quoniam bonum est.

Quñ ex oi tribulatione eripuisti me: et sup inimicos meos despexit oculꝰ meꝰ. Gloria. ps. cxvi. i quo monet oẽs gẽtes ad laudẽ dei

LAudate dominū omnes gentes: laudate eum omnes populi.
Quoniā cōfirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternū
Gloria. Psalmus. cxvii. in quo inuitat ad laudē dei a quo homo pficitur in virtutibus
CONfitemini domino quoniā bonus/ quoniā in seculum misericordia eius.
Dicat nunc israel quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicat nunc domus aaron: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicant nunc qui timent dominū: quoniā in seculum misericordia eius.
De tribulatione inuocaui dominū: et exaudiuit me in latitudine dominus
Dominus michi adiutor: non timebo quid faciat michi homo.
Dominus michi adiutor: et ego despiciam inimicos meos.
Bonum est confidere in domino: ꝙ confidere in homine.
Bonum est sperare in domino ꝙ sperare in principibus.
Omnes gentes circuierunt me: et in nomine domini quia vltus sum in eos.

Circundantes circundederunt me et in no
mine domini quia vltus sum in eos
Circũdederunt me sicut apes & exarserunt
sicut ignis in spinis / et in nomine domini /
quia vltus sum in eos.
Impulsus euersus sum vt caderem: et do=
minus suscepit me.
Fortitudo mea et laus mea dominus: & fa
ctus est michi in salutem.
Vox exultationis & salutis: in tabernacu
lis iustorum
Dextera domini fecit virtutẽ dextera dñi
exaltauit me: dextera domini fecit virtutẽ.
Nõ moriar sed viuã: & narrabo opera dñi.
Castigans castigauit me dominus: et mor
ti non tradidit me.
Aperite michi portas iusticie / et ingressus
in eas confitebor domino: hec porta domini
iusti intrabunt in eam.
Cõfitebor tibi domine quoniam exaudisti
me: et factus es michi in salutem.
Lapidẽ quem reprobauerunt edificantes:
hic factus est in caput anguli.
A domino factum est istud: et est mirabile
in oculis nostris
Hec est dies quam fecit dominus: exulte=

mus et letemur in ea.
O domine saluū me fac/o dñe bene prosperare: benedictus q̄ venit in nomine domini.
Benedixim⁹ vobis de domo domini: deus dominus et illuxit nobis.
Constituite diem solennem in condensis: vsq; ad cornu altaris.
Deus meus es tu et confitebor tibi: deus meus es tu et exaltabo te.
Confitebor tibi quoniā exaudisti me: et factus es michi in salutem.
Confitemini domino quoniā bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Gloria patri. Ant. O admirabile commercium creator generis humani/animatū corpus sumens de virgine nasci dignatus est & procedens homo sine semine largitus est nobis suam deitatem. Capitulum
In oibus requiē quesiui: et in hereditate dñi morabor: tūc p̄cepit et dixit michi creator omniū: et qui creauit me requieuit in tabernaculo suo. Deo gr̄as. R. Aue maria gratia plena. Dñs tecū. Aue maria. B. Benedicta tu in mulieribus: et benedict⁹ fructus vētris tui. Dñs tecū. Gloria patri et filio et spūi sancto. Aue maria gratia ple

na dñis tecū. ℣. Sancta dei genitrix virgo semp maria. ℟. Intercede pro nobis ad dominū deū nostrū. Dñe exaudi &c. Oremus.

ADoncede nos famulos tuos qs domine deus ppetua mentis et corporis salute gaudere: et gloriosa beate marie semp virginis intercessione a presenti liberari tristicia: et eterna p frui leticia. Per christū dñm nrm Amē. Pr̄ nr. Aue ma.

Ad primam de cruce



HOra pria ductus est iesus ad pylatū. Falsis testimonius multū accusatū In collo percutiunt manibus ligatū Vultū dei conspuūt lumē celi gratū. ℣. Adoramus te xpē et benedicim⁹ tibi ℟. Quia p̄ sanctā crucē tuā redemisti mundū. Oremus.

ODomine iesu christe fili dei viui: pone passionē crucē tuā mortē tuā inter iu-

dicium tuũ et aĩas nostras nũc & i hora mor
tis nostre: & largiri digneris viuis miserico
diã et gratiã / defunctis requiẽ et veniã / ec
clesie tue pacẽ et concordiã / et nobis pcõri
bus vitã & gloriã sempiternã. Quicũ patre
et spũ sancto viuis et regnas deus. Per oĩa
secula seculor. Amẽ. Gloriosa passio dñi no
stri iesu xpi eruat nos a dolore tristi / et pdu
cat nos ad gaudia padisi. Amẽ. Pr̃ nr̃. Aue.
¶Ad.j.de cõpassione beate Marie. Hymn⁹
HOra pia dña vidẽs flagellatũ. Suũ
vnigenitũ turpiter tractatum. Cola
phis et alapis sputo deformatũ. Man⁹ tor
quẽs grauiter ruit in ploratũ. ℣. Te lauda
mus et rogam⁹ mr̃ iesu xpi. ℟. Ut intẽdas
& defendas nos a morte tristi. Amẽ. Orem⁹.
DOmine sctẽ iesu / fili dulcis virginis
marie: q̃ pro nobis mortẽ in cruce to
leraſti: fac nobiscũ miam tuã: et da nobis et
cũctis cõpassionẽ tue scissime matris deuo
te recolẽtibus eius amore vitã in ꝑsenti gra
tiosam: & tua pietate gloriã in futuro sempi
ternã. In qua viuis et regnas de⁹. Per oĩa
scla sclor amẽ. Treiosa ꝓpassio dulcissime
dei matris: pducat nos ad gaudia summi ce
li patris. amẽ. Pr̃ nr̃. Aue ma. ¶Ad Tertiã



Deus in adiutoriū meū intende.
Dñe ad adiuuandū me festina.
Gloria patri et filio & spūi sancto
Sicut erat in pncio. Hymnus.

VEni creator spiritus/ mentes tuorũ visita: imple superna gratia/ que tu creasti pectora.

Memento salutis auctor/ q̃ nostri quondam corporis ex illibata virgine/ nascendo formam sumpseris.

Gloria tibi dñe/ qui natus es de virgine: cũ patre et sancto spiritu/ in sempiterna secula. Amẽ. Ad. Quãdo natus. Psalmus. cxix. in quo iust⁹ petit liberari de malis hui⁹ sc̃li.

AD dominum cum tribularer clamavi: et exaudivit me.

Domine libera animam meam a labiis iniquis: et a lingua dolosa.

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam.

Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatoriis.

Heu michi quia incolatus meus prolongatus est/ habitavi cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea

Cum his qui oderunt pacẽ eram pacificus cũ loquebar illis impugnabant me gratis.

Gloria patri. ℟c. Psalmus. cxx. in quo monet fideles recurrere ad sanctos.

LEvavi oculos meos in montes: un-

de veniet auxilium michi.

Auxiliū meū a dño: qui fecit celū & terram

Non det in commotionem pedem tuum: neq; dormiet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neq; dormiet qui custodit israel.

Dominus custodit te dñs protectio tua: super manum dexteram tuam.

Per diē sol non uret te neq; luna per noctē

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus.

Dñs custodiat introitū tuū & exitū tuū: ex hoc nūc et usq; in seculū. Gloria. ps. cxxi. in quo monet ad desiderium celestis patrie.

Letatus sum in his que dicta sunt mihi in domū domini ibimus.

Stātes erāt pedes nri: in atriis tuis hierlm.

Hierusalē que edificatur ut ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enī ascenderunt tribus tribus dñi testimoniū israel ad confitendum nomini dñi.

Quia illic sederūt sedes in iudicio: sedes super domum dauid.

Rogate que ad pacem sunt hierusalem: et abundantia diligentibus te.

Fiat pax in uirtute tua: et abundantia in

turribus tuis.

Propter fratres meos et proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domū dñi dei nostri: quesiui bona tibi. Oratio. Aū. Quādo natus es ineffabiliter ex virgine/ tūc implete sunt scripture: sicut pluuia in vellus descēdisti/ vt saluū faceres genus humanū te laudamus deus noster Cpm

Ab initio et ante secula creata sum: et vsq; ad futurū seculū non desinā: et in habitatione sancta coram ipso ministraui. Deo gras. Rp. Sctā dei genitrix virgo semper maria. Sancta. Ꝟ. Intercede pro nobis ad dñm deū nostrū. Virgo semper maria. Gloria patri. Sancta. Ꝟ. Post partū virgo inuiolata permānisti. Rp. Dei genitrix intercede pro nobis. Dñe exaudi orationē meam. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Concede nos famulos tuos qs dñe deus perpetua mētis et corporis salute gaudere: et gloriosa beate marie semp Ꝟginis intercessione: a presenti liberari tristicia et eterna perfrui letitia. Per christū dñm nostrum Amē. Pater nr. Aue.

Ad tertiam de Cruce.



Crucifige clamitant hora tertiarum. Illusus induitur veste purpurea. Caput eius pungitur corona spinarū. Crucem portat humeris ad locū penarum. ℟. Adoramus te christe et benedicimus tibi. ℣. Quia per sanctam crucē tuam redemisti mundum. Oremus. Oratio

Domine iesu christe fili dei viui: pone passionē crucem et mortem tuam inter iudicium tuum et animas nostras nūc et in hora mortis nostre: et largiri digneris viuis misericordiā et gratiam/defunctis requiem/et veniam/ecclesie tue pacem et concordiam/& nobis peccatoribus vitam & gloriam sempiternā. Qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Gloriosa passio dñi nostri iesu christi eruat nos a dolore tristi: et perducat nos ad gaudia paradisi amē. Pa-

ter noster. Aue maria gratia plena.

¶Ad tertiam de compassione beate Marie

VIdens virgo virginum hoza tertia-
rum. Caput pũctum filii cozona ipi-
narum. Crucem ferens scapulis ad loca pe-
narum. Heu doloze sternitur luto platearũ.
℟. Te rogamus et laudamus mater iesu
chzisti. ℟m. Ut intendas et defendas nos a
mozte tristi. Dzemus.

DOmine sancte iesu fili dulcis virginis
marie: qui pzo nobis mozrem in cru-
ce toleraſti fac nobiscũ misericozdiã tuam:
et da nobis et cunctis compassionẽ tue san-
ctissime matris deuote recolẽtibus eiꝰ amo
re vitam in pzesenti gratiosam: et tua pieta
te gloziam in futuro sempiternã. In qua vi
uis et regnas deus. Per omnia secula secu-
lozum. Amen. Trenosa compassio dulciſſi
me dei matris: pducat nos ad gaudia sum-
mi celi patris. Amẽ: Pater noster. Aue ma.

¶Ad Sextam.



Deus in adiutoriū meum intende
Dñe ad adiuuandū me festina.
Gloria patri et filio et spūi scto.
Sicut erat in prin. Hymnus.

VEni creator spiritus/mentes tuorū visita:imple superna gratia/ que tu creasti pectora.

Memento salutis auctor q̄ nostri quondā corporis: ex illibata virgine/nascendo formam sumpseris.

Maria plena gratie/ mater misericordie: tu nos ab hoste ptege & hora mortis suscipe

Gloria tibi dñe qui natus es de virgine:cū patre & sancto spiritu/in sempiterna secula Amen. Añ Rubū quem. Psalmus. cxxii.in quo monet ad ascensum virtutum.

AD te leuaui oculos meos: q̄ habitas in celis Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorū suorum.

Sicut oculi ancille in manibus domīe sue: ita oculi nostri ad dominū deum nostrum/ donec misereatur nostri.

Miserere nostri domine miserere nostri: q̄a multum repleti sumus despectione.

Quia multū repleta est anima nostra: opprobriū abūdantibus et despectio superbis.

Gloria pri. &c. Psalmus. cxxiii.in quo monet omne bonum nostrū deo esse ascribendū

NIsi quia dñs erat in nobis dicat nūc Israel:nisi quia dñs erat in nobis.

Cum exurgerent homines in nos: forte vi uos deglutissent nos.

Cum iracsceretur furor eorum in nos forsi tan aqua absorbuisset nos.

Torrentē pertrāsiuit aīa uostra: forsitan pertransisset aīa nostra aquā intolerabilē.

Benedictus dominus qui non dedit nos: in captione dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est: de la queo venatium.

Laqueus cōtritus est ⁊ nos liberati sum⁹

Adiutoriū nostrū in noīe dñi: qui fecit celū et teram. Gloria patri et filio. ⁊c. Psalmus cxxiiii. in quo monet confidere in solo deo.

Qui confidunt in domino sicut mons syon non commouebitur in eternum qui habitat in hierusalem.

Montes in circuitu eius / ⁊ dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc ⁊ vsq; in seculū

Quia non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorū: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac domine bonis et rectis corde.

Declinātes autē in obligationes adducet dñs cum operantibus iniquitatem: pax super israel. Gloria patri. Aīi. Rubum quem

viderat moyses incombustum cõseruatam agnouimus tuã laudabilẽ virginitatẽ dei genitrix intercede pro nobis Capitulum.

Et sic in syon firmata sum: & in ciuitate sanctificata similiter requieui: & in hierusalem potestas mea. Deo gratias. ℟. Post partum virgo Inuiolata permansisti. ℣ Dei genitrix intercede pro nobis. Inuiolata permansisti. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Post partum virgo inuiolata permansisti. ℣. Speciosa facta es & suauis. ℟. In deliciis tuis sancta dei genitrix Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Concede nos famulos tuos qs dñe deus perpetua mentis & corporis salute gaudere: & gloriosa beate marie semper virginis intercessione: a presenti liberari tristicia: et eterna perfrui leticia. Per christũ dominũ nostrũ. Amen. Pater noster. Anema.

Ad sextam de Cruce.



HOra sexta ie
sus est cruci
conclauatus. Atq;
cū latronibus pen=
dēs deputat⁹. Pre
tormētis sitiēs fel
le saturat⁹ Agnus
crimen diluit sic iu=
dificatus ℣ Adora
mus te christe: ℟ be
nedicimus tibi. ℣.
Quia per sanctam
crucem tuam rede=
misti mundum.

Oremus.

DOmine iesu christe fili dei viui: pone
passionem crucem et mortem tuam
inter iudicium tuū et animas nostras nunc
et in hora mortis nostre: et largiri digneris
viuis misericordiā ℟ gratiam / defunctis re=
quiem et veniā: ecclesie tue sancte pacē ℟ cō=
cordiā: et nobis peccatoribus vitā et gloriā
sempiternā. Qui cū patre et spiritu sancto
viuis et regnas deus. Per oīa. Glorioſa pas
sio domini nostri iesu christi / eruat nos a do
lore tristi: et perducat nos ad gaudia para=
disi. Amen. Pater noster. Aue maria gr̄a.

CAd Sextam de cõpassione beate Marie.

HOra sexta respicit mater suum natū
Oblitum vulneribus in cruce leua=
tum. Inter fures positū felleq; potatū. Il=
le secū centies reddit eiulatum ℣. Te lauda
mus ℟ rogamus mater iesu xpi. ℣. Ut intē
das ℟ defendas nos a morte tristi. Oremus

DOmine sancte iesu fili dulcis virginis
marie: qui pro nobis mortem in cru=
ce toleraſti fac nobiscū misericordiā tuam:
et da nobis et cunctis compassionē tue san=
ctissime matris deuote recolētibus eis amo
re vitam in presenti gratiosam: et tua pieta
te gloriam in futuro sempiternā. In qua vi
uis et regnas deus. Per omnia secula secu=
lorum. Amen. Trenosa compassio dulcissi
me dei matris: producat nos ad gaudia sum=
mi celi patris. Amē: Pater noster. Aue ma.

Hore beate marie.



Deus in adiutoriū meum intende.
Dñe ad adiuuandum me festīa
Glōria patri et filio: et spūi sctō
Sicut erat in. Hymnus.

Veni creator spiritus/mentes tuorum visita: imple superna gratia/ que tu creasti pectora.

Memento salutis auctor/ q nostri quondã corporis: ex illibata virgine/ nascendo formam sumpseris.

Maria mater gẽe/ mater misericordie: tu nos ab hoste protege/ & hora mortis suscipe

Gloria tibi domine/ qui natus es de virgine: cũ patre et sancto spiritu/ in sempiterna secula. Amen. Añ a. Germinauit. Psalmus. cxxv. in quo monet ad gaudiũ p liberatione

In conuertendo dominus captiuitatẽ syon: facti sumus sicut consolati

Tunc repletum est gaudio os nostrum: et lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gẽtes: magnificauit dominus facere cum eis.

Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus letantes.

Conuertere domine captiuitatẽ nostram: sicut torrens in austro.

Qui seminant in lachrymis in exultatione metent.

Euntes ibãt & flebãt: mittẽtes semina sua.

Veniẽtes autẽ venient cũ exultatione: por

tãtes manipulos suos. Gloria patri & filio
Psalm⁹. cxxvi. in quo monet ne aliquis bo-
nũ quod in se cernit pꝛopꝛiis viribꝰ ascribat.
Nisi dñs edificauerit domũ: in vanum
laborauerunt qui edificant eam.
Nisi dominus custodierit ciuitatem: fru-
strã vigilat qui custodit eam.
Vanũ est vobis ante lucẽ surgere: surgite
postq̃ sederitis q̃ manducatis panẽ doloris.
Cum dederit dilectis suis somnũ: ecce here
ditas dñi filii merces fructus ventris.
Sicut sagitte in manu potentis: ita filij ex-
cussorum.
Beatus vir qui impleuit desiderium suum
ex ipsis: non confundetur cum loquetur ini
micis suis in porta. Gloria patri et filio. ps
cxxvii. in quo monet caste timere deum.
Beati omnes qui timent dominũ: qui
ambulant in viis eius.
Labores manuum tuarum quia manduca-
bis: beatus es et bene tibi erit.
Uxor tua sicut vitis abundãs: in lateribꝰ
domus tue.
Filii tui sicut nouelle oliuarum: in circuitu
mense tue.
Ecce sic benedicetur homo: qui timet dñm.

Benedicat tibi dñs ex syon: et videas bona hierusalem omnibus diebus vite tue
Et videas filios filiorū tuorū: pacem super israel. Gloria patri. Añā. Germinauit radix iesse/ orta est stella ex iacob: virgo peperit saluatorē te laudam⁹ de⁹ noster. Cpm.

Extradicaui in populo honorificato: ⁊ in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine sanctorū detentio mea. Deo gratias. ℟. Speciosa facta es. Et suauis. Speciosa. ℣. In delicijs tuis sancta dei genitrix. Et suauis. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Speciosa facta es et suauis. ℣. Dignare me laudare te virgo sacrata. ℟m. Da michi virtutē contra hostes tuos. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oremus

Concede nos famulos tuos quesum⁹ domine deus perpetua mentis et corporis salute gaudere: et gloriosa beate marie semper virginis intercessione: a presenti liberari tristicia: et eterna pfrui leticia. Per christū dominū nostrū. Amē. Pater noster.

¶ Ad nonam de Cruce.

Ad nonam de Cruce.



HOra nona dom̃inꝰ ihesus expirauit. Hely clamans/ spiritū patri cōmēdauit. Latus eius lancea miles pforauit. Terra tunc contremuit et sol obscurauitꝫ. Adoramus te chriſte et benedicimus tibi. Re. Quia per sanctam crucē tuam redemisti mundum. Oremus. Oratio.

DOmine ihesu chriſte fili dei viui: pone passionē crucem et mortem tuam inter iudicium tuum et animas nostras nunc et in hora mortis nostre: et largiri digneris viuis misericordiā et gratiam/ defunctis requiem et veniam/ ecclesie tue pacem et concordiam/ et nobis peccatoribus vitam ⁊ gloriam sempiternā. Qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Gloriosa passio dñi nostri ihesu chriſti eruat nos a dolore tristi: et perducat nos ad gaudia paradisi. amē. Pa-

ter noster. Aue maria gratia plena.

Ad nonam de compassione beate Marie.

HOra nona flebilis cernit expirantem Patri dando spiritum heloy clamantem. Militẽ cum lancea latus perforantem. Cadit tunc in extasim dolor sternit stantem ℣. Te laudamus et rogamus mater iesu christi ℟m. Ut intendas et defendas nos a morte tristi.

Oratio.

DOmine sancte iesu/ fili dulcis virginis marie qui pro nobis mortẽ in cruce toleraſti: fac nobiscũ misericordiã tuã: et da nobis & cunctis compassionẽ tue sanctissime matris deuote recolentibus eius amore vitam in presenti gratiosam & tua pietate gloriam in futuro sempiternã. In qua vivis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Trenosa compassio dulcissime dei matris: perducat nos ad gaudia summi celi patris. Amen. Pater noster. Aue maria.

Ad vesperas.

Hore beate Marie.



Deus in adiutoriū meum intende.
Dñe ad adiuuandum me festina.
Gloria patri et filio et spūi sctō.
Sicut. ān Post partum. ps. cxxi.

in quo monet ad desiderium celestis patrie.

Letatus sum in his que dicta sunt mi
chi: in domũ domini ibimus

Stãtes erãt pedes nr̃i in atrus tuis hierl'm

Hierusalẽ que edificatur vt ciuitas: cuius
pãrticipatio eius in idipsum.

Illuc enĩ ascenderunt tribus tribus dñi te=
stimoniũ israel: ad confitendum nomini dñi

Quia illic sederũt sedes in iudicio: sedes su
per domum dauid

Rogate que ad pacem sunt hierusalem: et
abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: et abundantia in
turribus tuis.

Propter fratres meos et proximos meos:
loquebar pacem de te.

Propter domũ dñi dei nostri: quesiui bona
tibi. Gloria patri et filio. Psalmus. cxxij. in
quo monet ad ascensum virtutum.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas
in celis.

Ecce sicut oculi seruorum: in manibus do=
minorum suorum.

Sicut oculi ancille in manib⁹ domine sue/
ita oculi nostri ad dominum deum nostrum
donec misereatur nostri.

Miserere nostri domine miserere nostri: qa multum repleti sumus despectione.
Quia multū repleta est anima nostra: opprobriū abundantibus et despectio superbis.
Gloria patri. Psalmus. cxxiij. in quo monet omne bonum nostrū deo esse attribuēdū
Nisi quia dñs erat in nobis dicat nūc israel: nisi quia dominꝰ erat in nobis
Cum exurgerent homines in nos: forte vivos deglutissent nos.
Cum irascceretur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos
Torrentē pertrāsiuit aia nostra: forsitan pertransisset aia nostra aquā intollerabilē.
Benedictus dominus qui non dedit nos: in captione dentibus eorum.
Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium.
Laqueus cotritus est: et nos liberati sumꝰ
Adiutoriū nostrū in nomine domini: qui fecit celum ⁊ terram. Gloria patri. Psalmus cxxuij. in quo monet confidere in solo deo.
Qui confidunt in domino sicut mons syon: non commouebitur in eternū / qui habitat in hierusalem.
Montes in circuitu eius / et dñs in circuitu

populi sui:ex hoc nunc & vsq; in seculū
Quia non relinquet dominus virgam pec catorum super sortem iustorū:vt non exten dant iusti ad iniquitatem manus suas.
Benefac domine bonis et rectis corde.
Declinātes autē in obligationes adducet dñs cum operantibus iniquitatem: pax su-per israel. Gloria patri et. Psalmus. cxxv. in quo monet ad gaudium pro liberatione.
In conuertendo dñs captiuitatē syon facti sumus sicut consolati.
Tunc repletum est gaudio os nostrum: et lingua uostra exultatione.
Tunc dicent inter gētes:magnificauit do minus facere cum eis.
Magnificauit dominus facere nobiscū:fa-cti sumus letantes.
Conuertere domine captiuitatem nostrā: sicut torrens in austro.
Qui seminant in lachrymis:in exultatio-ne metent.
Euntes ibāt & flebāt mittētes semina sua.
Uenientes autē venient cū exultatione: por tantes manipulos suos. Gloria Aña. Post partum virgo inuiolata permansisti:dei ge nitrix intercede pro nobis. Capitulum.

Hore beate Marie.

BEata es maria q̄ dñz portasti creato
rē mundi genuisti qui tefecit/ & i eter
nū permanes virgo. Deo gr̄as. Hymnus.

AVe maris stella dei mater alma: atq̄
semper virgo/felix celi porta.

Sumēs illud aue: gabrielis ore: funda nos
in pace/mutans nomen eue.

Solue vincla reis/proferlumen cecis: ma
la nostra pelle/bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem: sumat per te pre
ces: qui pro nobis natus/ tulit esse tuus.

Virgo singularis/ inter oñes mitis: nos
culpis solutos/mites fac et castos.

Vitam presta puram/iter para tutum vt
videntes iesum/semper colletemur.

Sit laus deo patri/ summo chr̄isto decus:
spiritui sancto/trinus honor vnus. Amen.

℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Pro
pterea benedixit te deus in eternū. Añ. Sā
cta maria. ¶ Cāticū btē marie. Luce cap. i.
in quo hūilitatē ceteras supertollit Vtutes

MAgnificat: anima mea dominum.

Et exultauit spiritus meus: in deo
salutari meo.

Quia respexit humilitatē ancille sue: ecce
enī ex hoc beatā me dicēt oēs generationes.

Quia fecit michi magna qui potens: est et sanctum nomen eius.
Et misericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum.
Fecit potẽtiam in brachio suo dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potẽtes de sede: et exaltauit humiles.
Esurientes implenit bonis: et diuites dimisit inanes.
Suscepit israel puerum suum: recordatus misericordie sue.
Sicut locutus est ad patres nostros: abraham & semini eius in scla. O ria. Añ Sctã maria succurre miseris: iuua pusillanimes/ refoue flebiles/ ora p ppło interueni p clero/ intercede p deuoto femineo sexu. Dñe exaudi orationẽ meã. Et clamor. Oremus.
Concede nos famulos tuos qs dñe deus ppetua mẽtis et corpis salute gaudere: & gloriosa vtẽ marie semp virginis intercessione: a p̃senti liberari tristicia: et eterna pfrui leticia. Per xp̃m dñm nostrũ. Amẽ. Pater nr̃. Aue ma.

Advesperas de Cruce



De cruce deponitur hora vespertina. Fortitudo latuit in mente diuina. Talem mortez subiit vite medicina. heu corona glorie iacuit supina. ℣. Adoramus te christe: et benedicimus tibi. ℟. Quia per sanctā crucē tuā redemisti mūdum.

Domine iesu christe fili dei Oremus. Viui pone passionē crucē & mortē tuā interudicium tuū et animas nostras nunc et in hora mortis nostre: et largiri digneris viuis misericordiā et gratiam/defunctis requiem et veniā: ecclesie tue sancte pacē & cōcordiā: et nobis peccatoribus vitā et gloriā sempiternā. Qui cū patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per oīa. Gloriosa passio domini nostri iesu christi eruat nos a dolore tristi: et perducat nos ad gaudia paradisi. Amen. Pater noster. Aue maria gra.

¶ De cōpassione beate Marie.

O Et cruce depositum hora vesperarum
Mater cum aspiceret eius natum ca
rum Osculans amplectitur pignus celi cla
rum. Corpus ei⁹ madidat stillis lachryma=
rū. ℟. Te laudamus et roganus mater ie=
su christi. ℣. At intendas ⁊ defendas nos a
morte tristi. Oremus.

O Omine sancte iesu: fili dulcis virgi=
nis marie: q̄ pro nobis mortē in cru=
ce toleraſti: fac nobiscū miſericordiā tuā: et
da nobis et cunctis cōpassionē tue sanctissi=
me matris deuote recolentibus: eius amore
vitā i presenti gratiosam: et tua pietate glo
riā in futuro sempiternā. In qua viuis ⁊ re
gnas deus. Per oīa secula seculorū. Amen.
Trenosa⁊ passio dulcissime dei matris: per=
ducat nos ad gaudia summi celi p̄tis. Amē
Pater noster. Aue maria gratia plena.

Ad completorium.



CONuerte nos deus salutaris noster
Et auerte iram tuā a nobis. De⁹
in adiutoziū meū ītēde. Dñe ad
adiuuandum. ℭ lozia. psalmus. xlj. in quo

notat desideriū sanctoꝝ patrū adventū xp̄i

Usqz quo dñe obliuiscēris me in finem
Usqz quo auertis faciem tuam a me.
Quamdiu ponam consilia in anima mea:
dolorem in corde meo per diem.
Usqz quo exaltabitur inimicus meus sup
me:respice et exaudi me dñe deus meus
Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā
in morte:nequādo dicat inimicus meus pre
ualui aduersus eum.
Qui tribulāt me exultabunt si motus fue-
ro:ego autem in misericordia tua speraui.
Exultauit cor meū in salutari tuo:canta-
bo dño qui bona tribuit michi:et psallā no-
mini dñi altissimi. Ofa pēi. Psalm⁹. xlii. in
quo monemur/ne in pressuris deficiamus.
Iudica me deus & discerne causam me.
am de gēte nō sancta: ab homine ini-
quo et doloso erue me.
Quia tu es deus fortitudo mea quare me
repulisti: & quare tristis incedo dum affligit
me inimicus.
Emitte lucē tuā & veritatē tuā/ipsame de
duxerūt et adduxerunt in montē sanctum
tuum:et in tabernacula tua.
Et introibo ad altare dei: ad deum quile-

tificat iuuẽtutem meam.

Cõfitebor tibi in cythara deꝰ deꝰ meꝰ: quare tristis es aĩa mea: et quare cõturbas me

Spera in deo quoniã adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. Gloria patri. Sicut erat. ℘s. cxxviii. in quo monet ad tollerantiã exemplo omniũ sanctoum.

Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea dicat nunc israel.

Sepe expugnauerunt me a iuuẽtute mea: etenim non potuerunt michi.

Supra dorsum meũ fabricauerũt peccatores prolongauerunt iniquitatem suam.

Dominus iustus concidet cervices peccatorum: confundantur et reuertantur retrorsum omnes qui oderunt syon.

Et sint sicut fenum tectorum quod priusq̃ euellatur exaruit.

De quo non impleuit manum suã qui metet: et sinum suum qui manipulos colliget.

Et non dixerũt qui preteribãt bñdictio dñi super vos: benedixim⁹ vobis in noĩe dñi.

Ad ℘s. cxxx. in quo monet ad hũilitatem

Domine non est exaltatũ cor meum: neq; elati sunt oculi mei.

Neq; ambulaui in magnis: neq; in mira-

bilibus super me.

Si non humiliter sentiebam:sed exaltaui animam meam.

Sicut ablactatus est super matre sua ita retributio in anima mea.

Speret israel in domino:ex hoc nunc et vsq; in seculum.

Gloria.Añ. Cū iocūditate memoriaz beate marie celebremus: vt ipsa pro nobis intercedat ad dominum iesum christū. Capitulū.

Sicut cynamomū ẽbalsamum aromatizans odorez dedi: quasi myrra electa dedi suauitatẽ odoris.Deo grãs. Hym.

Ue Jesu singularis/iter oẽs mitis:nos culpis solutos/mites fac et castos.

Uitam presta puram/iter para tutum:vt videntes iesum/semper colletemur.

Sit laus deo patri/summo xpo decus: spiritui sctõ/trinus honor vnus.Amen.℣. Elegit eam deus ⁊ preelegit eã. ℟. Et habitare faciteã in tabernaculo suo.Añ. Glorificamus te. ℣ Canticū symeonis.Luce.capi.ij. vbi asserit christum in hunc venisse mundū.

Nunc dimittis seruum tuū dñe: secundum verbum tuum in pace.

Quia viderūt oculi mei: salutare tuum.

ad Cõpletoriũ de Cruce.

Quod parasti: ante faciem oim populoꝝ. Lumen ad reuelationẽ gentiũ: et gloriam plebis tue israel. ℣. Ria. ãn. Glorificamus te dei genitrix/ quia ex te natus est xp̃s: salua oẽs q̃ te glorificãt. ℣. Dñe exaudi oronẽ meã. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Oremus.

Gratiã tuã q̃s dñe mẽtib⁹ nr̃is infunde: vt q̃ angelo nũciãte xp̃i filii tui incarnationẽ cognouim⁹: p passionẽ ei⁹ & crucẽ ad resurrectionis gloriã pducamur. Per xp̃m do.no. P̃ nostr. Aue maria.

¶Ad xpletoriũm de cruce.



Hora cõpletorij dat sepulture. Corpus chr̃isti nobile spes vite future. Conditur aromate cõplẽtur scripture. Jugi sit memoria mors hec michi cure.

Has horas canonicas eũ deuotiõe. Tibi xp̃e recolopia ratiõe. Vtsicut tu pas

sus es penas in agone. Sic laudari consonãs
consors sim corone. ℣. Adoramus te xp̃e et
benedicimus tibi. ℟. Quia per sanctã crucẽ
tuam redemisti mundum. Oremus
Omine iesu xp̃e fili dei viui pone pas-
sionẽ crucẽ et mortẽ tuã inter iudiciũ
tuũ & aias nr̃as nũc & in hora mortis nr̃e: et
largiri digneris viuis miam & gratiã / defũ-
ctis requiẽ & veniã / ecclesie tue sctẽ pacẽ & cõ
cordiã: & nobis peccatoribus vitã & gloriam
sempiternaz. Qui cũ patre et spũ sctõ viuis
& regnas deus. Per oĩnia secula seculorum.
Amen. Gloriosa ꝓpassio dñi nostri iesu chri-
sti eruat nos a dolore tristi: et perducat nos
ad gaudia paradisi. Ameu. Pr̃ nr̃. Aue ma.

De cõpassione beate Marie.

Hora completorii mater properatur.
Ut lugeret filiũ vbi tumulatur. Nec
inde vult recedere / sed ibi moratur. Usq; dũ
ad filium tandem exaltatur.
Ergo mater miseris miserere mitis. Pro q̃
bus cõpateris presso botro vitis. Nos a pe-
ste funeris salua fuga ditis. Et nos iunge ce
leris vita redimitis. ℣. Te laudamus et ro-
gamus mater iesu christi. ℟. Ut intendas &
defendas nos a morte tristi. Oremus.

Domine sancte iesu: fili dulcis virginis marie: q̄ pro nobis mortem in cruce toleraſti: fac nobiſcū miſericordiā tuā: et da nobis et cunctis cōpaſſionē tue ſanctiſſime matris deuote recolentibus / eius amore vitā ī p̄ſenti gratioſam: & tua pietate gloriā in futuro ſempiternā. In qua viuis & regnas deus. Per oīa ſecula ſeculorum. Amen

Trenoſa ꝓpaſſio dulciſſime dei matris: perducat nos ad gaudia ſummi celi p̄is. Amē.

Pater noſter. Aue maria gracia plena

Salue regina miſericordie vita dulcedo et ſpes noſtra ſalue. Ad te clamamus exules filii eue. Ad te ſuſpiram⁹ gemē tes & flentes in hac lachrymarū valle. Eya ergo aduocata noſtra illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. Et ieſum benedictū fructū ventris tui nobis poſt hoc exiliū oſtende. O clemēs. O pia. O dulcis maria.

℣. Virgo mater eccleſie / eterne porta glorie: eſto nobis refugiū / apud patrem & filiū: o clemens. ℟. Virgo clemens virgo pia / virgo dulcis o maria: exaudi p̄eces omnium ad te pie clamantium: o pia. ℟. Funde p̄ces tuo nato / crucifixo vulnerato: & p nobis flagellato / ſpinis puncto felle potato: o dulcis. ℣.

Gloziosa dei mater / cuius natus extat pa-
ter: oza pro nobis oibus q tuã memoziã agi
mus: o maria. ℟. Dele culpas miseroz tu ter-
ge sozdes pctoz: dona nobis vtoz vitã tuis
pzecibus: o mitis. ℟. Ut nos saluet a pctis /
p amoze sue mtis: ⁊ ad regnũ claritat nos
ducat rex pietatis. O clemẽs. O pia. O dul-
cis. O mitis maria salue. ℟. Aue maria gra.
plena dns tecũ. ℟. Benedicta tu in mulieri-
bus ⁊ bñdictus fructus vẽtris tui. Oremus.
Omnipotens sempiterne deus: qui glo-
riose virginis et matris marie corpus
et animã vt dignũ filii tui habitaculuz effici
mereretur / spũ scto cooperãte mirabiliter pze
paraisti: da vt cuius commemozatione leta-
mur / ei⁹ pia intercessione ab instãtibus ma-
lis: ⁊ a mozte perpetua liberemur. Per eun-
dem xpm dnm nostrũ. Amen. Pater noster.
¶ The ryght reuerent father in god laurẽ-
ce bysshop of assauen hath grauuted. xl.
days of pardon to all them that deuoutly
say thys prayer in the worshypof our blef-
syd lady beynge penitẽte and trewly cõfes-
sed of all theyr synnes. Oratio.
Aude virgo mater xpi / que y aurẽ cõ
cepisti: gabziele nuncio: Aue maria

Gaude quia deo plena/peperisti sine pena: cum pudoris lilio. Aue maria gratia plena.
Gaude quia tui nati/quem videbas morte pati:fulget resurrectio. Aue maria gratia.
Gaude christo ascendente/et in celū te vidēte:motu fertur proprio. Aue maria gratia.
Gaudeq; post ipsum scandis/et est honor tibi grandis:in celi palatio.Aue maria.
Ubi fructus vētris tui/per te detur nobis frui:in perhenni gaudio.℣. Benedicta es a filio tuo domina.℟. Quia per te fructū vite communicauimus. Oremus.

Deus qui beatissimā virginem mariā in cōceptu et partu dilecti filii tui virginitate seruata duplici gaudio letificasti/ quiq; ei⁹ gaudia eodē filio tuo a mortuis resurgēte et ad celos ascēdēte multiplicasti: p̄sta q̄s. vt ad illud ineffabile gaudiuz quo assumpta tecū gaudet in celis:eius meritis et intercessione valeam⁹ peruenire. Qui viuis et regnas deus.ec. Pater nr. Cadeuote prayer of the. vii. spyrytualle ioies of owre blessyd lady ~~[illegible]~~ sayd to saynt thomas of cantorbery. Hymnus.

Gaude flore virginali/honoreq; speciali:transcendēs splendiferū:Angelorū

principatū/ꝫ sanctorū decoratum: diguitate munerū. Aue maria gratia plena do. tec.

Gaude spōsa cara dei / nā vt clara lux diei: solis datur lumine. Sic tu facis orbez vere/ tue pacis resplēdere: lucis plenitudīe. Aue.

Gaude splendens vas virtutū/ cuius pendēs est ad nutū: tota celi curia. Te benignā et felicē/ iesu dignam genitricem venerātur in gloria. Aue maria gratia plena dñs tecū.

Gaude nexu caritatis/ꝫ amplexu dgnitatis iuncta sic altissimo. Ut ad votū cōsequaris/ quicquid virgo postularis/ a iesu dulcissimo. Aue maria gratia plena dñs tecum

Gaude mater miserorum/ quia pater seculorum: dabit te colentibus. Congruentem hic mercedem/ et felicem polisedem: regnis in celestibus. Aue maria gratia plena dñs.

Gaude virgo mater xp̄i/ tu q̄ sola meruisti: o virgo pulchra. Esse tāte dignitatis/ vt sis sancte trinitatis/ sessione prima. Aue maz.

Gaude virgo mater pura/ certa manens ꝫ secura: q̄ hec septem gaudia. Non cessabūt nec decrescēt/ sed durabunt ꝫ florescent: per eterna secla. ān. O spōsa sctā et humilis virgo pulcherrima maria mater dei virgo electa: esto michi via recta: ad eterna gaudia/

vbi pax est et gloria: et me semper aure pia/ dulcis exaudi maria. ℣. Exaltata es sancta dei genitrix. ℟. Super choros angelorū ad celestia regna. Oremus.

OMnipotens dñe iesu christe fili dei viui: qui beatissimā gloriosissimā humilez benignā/et pulcherrimā virginē mariā matrē tuā pijssimā perpetuis et felicibus gaudijs tecū in celo coronatā letificasti: concede propicius. vt eius meritis glorioslis et precibus cōtinuis salutē ꝫ prosperitatē mentis ꝫ corporis cū gaudio/alacritate et abundantia oīm bonorꝫ spiritualiū ꝫ corporaliū cōsequamur in hoc seculo: pie/iuste/benigne viuamus: ꝫ post trāsitū huius seculi: ad gaudia eterna feliciter puenire valeamus. Qui viuis ꝫ regnas deꝰ. Per oīa secula seculorū. Amē. ps. cxix. in quo monet ad penitētiam

DEprofundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meam.

Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.

Si iniquitates obseruaueris dñe: domine quis sustinebit.

Quia apud te propiciatio est: et propter legem tuam sustinui te domine.

Sustinuit anima mea in verbbo eius: spera uit auima mea in domino.
A custodia matutina vsq; ad noctem: spe=ret israel in domino.
Quia apud dominum misericordia et co=piosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet israel: ex omnibus iniqui=tatibus eius. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleysō. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Requiem eternā dona eis domīe. Et lux perpetua luceat eis. A porta īferi. Erue domine animas eorum. Credo videre bona domini. In terra viuentium. Domine exau di orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.
Absolue quesumus domine animas famulorum famularumq; tuarum ab omni vinculo delictorum: vt in resurrec=tionis gloria / inter sanctos tuos reluscita ti respirent. Per.
Et anime omniū fidelitū defunctorum per misericordiā iesu christi in pace requiescant Amen. Pater noster. Aue maria. Credo
¶ God haue mercy on al cristē soules Amē
¶ God saue the kyng et bryng vs tho the blysse thau neuer shal haue endyng. Amen

¶ A deuote prayer to our blessyd lady and saynt Johñ euangelyste the whyche saynt edmunde archebysshope of cantorbery made and sayde dayly of the whyche be many myracles shewed

O Intemerata & in eternum bñdicta singularis & incõparabilis virgo dei genitrix maria: gratissimum dei templum: spiritus sancti sacrarium: ianua regni celorũ/ per quã post deũ totus viuit orbis terrarũ. Inclina mater misericordie aures tue pietatis indignis supplicationibus meis: et esto michi miserrimo peccatori pia in oĩbus auxiliatrix. O iohãnes beatissime xpi familiaris & amice qui ab eodẽ dño nostro iesu christo virgo es electus/ et inter ceteros magis dilectus: atq; mysteriis celestibus vltra oẽs imbutus: apostolus eius & euãgelista fact⁹ es p̃clarissim⁹. Te etiam inuoco cum maria matre eiusdẽ saluatoris nostri/ vt michi opem tuã cum ipsa cõferre digneris. O due gẽme celestes: maria & iohãnes. O duo luminaria diuinitus ante deum lucentia: vestris radiis scelerum meorũ effugate nubila Vos enim estis illa duo in quibus deus pater per filium suũ spiritualiter edificauit ſi-

bi domū. Et in quibus ipse filius dei ob sin-
cerissime virginitatis meritum dilectionis
sue confirmauit p̄iuilegiū: in cruce pēdens
vni vestrū ita dicēs. Mulier: ecce filiꝰ tuus.
Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. In
huius ergo tam sacratissimi amoꝛis dulce-
dine qua tunc oꝛe dominico velut mater & fi
lius ad inuicem coniuncti estis: Vobis duo-
bus ego miserrimus peccator cōmendo ho-
die coꝛpus meum & animā meā: vt in omni-
bus hoꝛis atq̄ momentis interius & exteriꝰ
firmi custodes et pii apud deum intercesso-
res michi existere dignemini. Credo enī fir-
miter et indubitanter fateoꝛ / quia velle ve-
strum velle dei est: et nolle vestrum nolle dei
est. Unde quicquid ab illo petitis: sine mora
obtinetis. Per hanc ergo tam potentissimā
vestre dignitatis virtutem poscite quelo mi
chi coꝛpoꝛis et anime salutem. Agite quelo
agite vestris sacris oꝛationibus: vt coꝛ meū
inuisere et inhabitare dignetur spiritus al-
mꝰ gratiarum largitoꝛ optimus: qui me a
cūctis vicioꝝ soꝛdibus ẽxpurget virtutibus
sacris illustret et exoꝛnet: in dilectione dei et
p̄ximi perfecte stare et perseuerare me fa-
ciat. Et post huiꝰ vite cursū ad gaudia me

ducat electoꝛ suoꝛū benignissimus paracle
tus. Qui cū patre ⁊ filio coeternus ⁊ cōsub
stātialis cū eis ⁊ in eis viuit ⁊ regnat omni
potens deus in secula seculoꝛum. Amen.

¶ An other deuolute prayer to oure lady.



Sancta maria dei ge
nitrix semperq; vir
go benedicta: que a virgine
et a dilecto iesu xpi filii tui
discipulo suscepta es in ma
tre. Sācteq; iohānes apo
stole ⁊ euāgelista sacer vir
go qui ab eodem magistro
tuo xpo matri virgini com
missus es in filiū proꝛ vos per pissimū re
demptoꝛē nostrū cui virgines sancte in hac
vita placere meruistis: vt spiritū foꝛnicatio
nis a me proꝛcul elongetis: ⁊ ardoꝛem libidi
nis in me proꝛsus oꝛando extinguatis meq;
in vestra clientela suscipientes: pudice ⁊ san
cte q; viuere doceatis: quatenus in his castita
tis floꝛibus venustatus ad pristinū virgini
tatis redeā meritū: ⁊ ab omni immūda soꝛ
de purgatus in cōspectu dñi nr̄i iesu xpi me
rear apparere cū iusticia: ⁊ saciari cū appa
ruerit eius gla. Qui cū pr̄e ⁊ spū sancto vi

vis et regnas deus. Per oīa secula seculoꝝ
Amen. ¶ To all them that be in the state
of grace that daily say devotely thys
prayer before our blessyd ladyes pitye she
wolle showe them her blessyd vysage and
warne them the daye and the owre of
the and in there laste ende the angelles of
god shall reyse there soules to heuen and
he shall obtayne .v. hondreth yeres and soo
many lentys of pardon graunted by .v. ho
ly fathers [illegible]



Obsecro te dña sācta
maria mater dei pie
tate plenissima / summi re-
gis filia / mater gloꝛiosissi-
ma / mater oꝛphanoꝝ / con-
solàtio desolatoꝝum via er-
rantium / salus et spes in te
sperantiū: virgo ante par-
tum: virgo in partu: ⁊ vir-
go post partum. Fons misericoꝛdie / fons sa-
lutis et gracie: fons pietatis et leticie / fons
consolationis et indulgentie. Per illam san
ctam et inestimabilem leticiam qua exulta-
uit spiritus tuus in illa hoꝛa quādo tibi per
gabꝛielem archangelum annunciatus ⁊ cō

ceptus fuit filius dei: & per illud diuinū my
sterium qđ tūc operatus est spūs scūs i te. Et
per illā sanctā inestimabilē pietatē gratiam
miam amorē et hūilitatē p quas filiꝰ dei de
scēdit accipere humanā carnē in venerabilis
simo vtero tuo: et in quibus te respexit quā=
do te cōmendauit sancto iohāni apostolo et
euangeliste. Et quando te exaltauit sup cho
ros angelorum. Et per illam sanctam ineffi
mabilem humilitatem in qua tu respondisti
archāgelo gabrieli. Ecce ancilla dñi: fiat mi
chi scđm verbum tuum. Et per illa sanctissi=
ma quindecim gaudia que habuisti de filio
tuo dño nostro iesu chriſto: et per illā sanctā
maximam compassionem et acerbissimū cor
dis dolorem quem habuisti quando dñm no
strum iesum chriſtū filium tuū ante crucem
nudatū et in ipsa leuatū vidisti pendentem/
crucifixum/ vulneratū/ sitientē/ fel apponi
clamantē audisti/ & morientē vidisti. Et per
quinq; vulnera filij tui: et per contractionē
viscerum suorum pre nimio dolore vulnerū
suorum. Et per dolorē quem habuisti quan=
do vidisti eū vulnerari. Et per fontes sāgui
nis sui: et per omnem passionem eius: et per
ōem dolorē cordis tui. Et per fontes lachry

marū tuaꝝ vt cū oībus ſanctis ⁊ electis det venias ⁊ feſtines i auxiliū ⁊ conciliū meum/ in oībus oꝛationibus ⁊ requeſtis meis et in omnibus anguſtijs et neceſſitatibus meis. et in oībus rebus in quibus ego ſum facturus/ locuturus/ aut cogitaturus oībus diebꝰ ac noctibus hoꝛis atq; momentis vite mee. Et michi famulo tuo ipetres a dilecto filio tuo cōplementū vite cum omni mia ⁊ conſolatione/ omni cōſilio/ omni auxilio/ ⁊ omni adiutoꝛio/ omni benedictione et ſanctificatione/ omni ſaluatione pace et pꝛoſperitate/ omni gaudio et alacritate. Etiā abundantiā oīm bonoꝝ ſpiritualiū ⁊ coꝛpoꝛaliū: ⁊ gratiā ſpiritus ſancti qui me bene per oīa diſponat: aīam meā cuſtodiat: coꝛpus meū regat: ſenſus erigat: curſum dirigat: moꝛes cōponat actus pꝛobet vota ⁊ deſideria mea perficiat: cogitationes ſanctas inſtituat: ꝑterita mala indulgeat/ ꝑſentia emendet ⁊ futura moderet. Vitā honeſtā ⁊ honoꝛabilē michi tribuat: ⁊ victoꝛiā cōtra oēs aduerſitates huius mūdi: beatā pacē ſpūalē ⁊ coꝛpoꝛalē michi tribuat bonam ſpem/ caritatē/ fidē/ caſtitatem/ humilitatem/ et patientiam. Et quinq; ſenſus coꝛpoꝛis mei regat ⁊ ꝓtegat.

Septem opera misericordie complere me faciat. Duodecim articulos fidei / decẽq; precepta legis firmiter credere et tenere me faciat: a septẽ peccatis mortalibus me liberet et defendat vsq; in finẽ vite mee: et in nouissimis diebus meis ostende michi faciem tuã / et annũcies michi diem et horã obitus mei. Et hanc orationẽ meã supplicẽ suscipias et exaudias / et vitã eternã michi tribuas. Audi et exaudi me dulcissima maria mater dei ⁊ misericordie: Amen. ¶ A specyall deuoute prayer to our blessyd lady.

Per admirabilem ascensionē tuā. Libera.
Per gratiam sctī spiritus paracliti. Libe.

In hora mortis: succurre nobis domine.
In die iudicij. Libera nos domine.
Peccatores. Te rogamus audi nos.
Ut pacem nobis dones. Te rogamus.
Ut misericordia & pietas tua nos semp cu-
stodiat. Te rogamus audi nos.
Ut ecclesiam tuam regere ac defensare di
gneris. Te rogamus audi nos.
Ut dominum apostolicum & oēs gradus
ecclesie in tua sancta religione cōseruare di-
gneris. Te rogamus audi nos.
Ut regi nostro et principibus nostris pacē
& veram concordiam atq victoriam donare
digneris. Te rogamus audi nos.
Ut episcopos et abbates nostros et omnes
congregationes illis commissas in sancta re
ligione cōseruare digneris. Te rogamus.
Ut congregationes oīm sctōr in tuo serui
tio cōseruare digneris Te rogamus.
Ut cūctū populū xp̄ianū p̄cioso sanguine
tuo redēptū conseruare digneris. Te roga.
Ut oībus benefactoribus nostris sempiter
na bona retribuas. Te rogamus audi nos.
Ut aīas nostras & parētū nostrorz ab eter-
na dānatione eripias. Te rogamus.
Ut fructus terre dare & conseruare digne-

ris. Te rogamus audi nos.
Ut oculos misericordie tue super nos reducere digneris. Te rogamus audi nos.
Ut obsequiū seruitutis nostre rationabile facias. Te rogamus audi nos.
Ut mētes nostras ad celestia desideria erigas. Te rogamus audi nos.
Ut miserias pauperū et captiuorū intueri et reuelare digneris. Te rogam⁹ audi nos.
Ut oībus fidelib⁹ viuis ac defūctis requiē eternam dones. Te rogamus audi nos.
Ut nos exaudire digneris. Te rogamus.
Fili dei. Te rogamus audi nos.
Agnus dei qui tollis peccata mundi: parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi: parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi: miserere nobis.
Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson.
Pr̄ noster. Aue maria. Et ne nos īducas in temptationem. Sed libera nos a malo
Ostende nobis domine misericordiam tuā. Et salutare tuū da nobis.
Et veniat super nos misericordia tua dne Salutare tuum scdm eloquium tuum

Peccauimus cum patribus nostris. Iniu-
ste egimus iniquitatem fecimus.
Ne nō scōm pctā nra facias nobis. Neq;
scōm iniquitates nostras retribuas nobis.
Oremus pro oi gradu ecclesie. Sacerdotes
tui induantur iusticiā: et sancti tui exultent
Pro fratribus ꝯ sororibus nostris. Saluos
fac seruos tuos et ancillas tuas: deus meus
sperantes in te.
Oremꝰ pro cuncto populo xpiano. Saluū
fac populum tuum dñe: et benedic hereditati
tue: et rege eos et extolle illos vsq; ineternū.
Domine fiat pax in virtute tua. Et abun-
dantia in turribus tuis.
Anime famulorū famularūq; tuarum re-
quiescāt in pace. Amē. Dñe exaudi orationē
meam. Et clamor meꝰ ad te veniat. Oremꝰ
DEus cui proprium est misereri semper
et parcere: suscipe deprecationem no
strā vt quos delictorū cathena constringit
miseratio tue pietatis absoluat. Per dñm.
Omnipotēs sempiterne deus: qui facis
mirabilia magna solus: prętende su-
per famulos tuos pōtifices / et super cūctas
cōgregationes illis cōmissas spiritū gratie
salutaris: et vt in veritate tibi cōplaceāt ppe

tuum eis rorem tue benedictionis infunde:

DEus qui caritatis dona per gratiam sancti spiritus tuorũ cordibus fideli-um infundis: da famulis & famulabus tuis p̃ quibus tuã deprecamur clementiã salutem mẽtis & corporis: vt te tota virtute diligãt & q̃ tibi placita sunt tota dilectiõe perficiant.

DEus a quo sancta desideria recta consilia et iusta sunt opera: da seruis tuis illã quam mundus dare non potest pacẽ vt et corda nostra mandatis tuis dedita / et hostium sublata formidine tempora sint tua protectione tranquilla. Per.

INeffabilẽ misericordiam tuam quesumus dñe nobis clementer ostende: vt simul nos a peccatis omnibus exuas: et ape nis quas p̃ his meremur benignus eripias.

FIdeliũ deus oim cõditor et redẽptor aiabus omniũ fideliũ defunctorũ re-missionem cunctorum tribue peccatorum vt indulgentiã quam semper optauerunt piis supplicationibus consequantur. Oratio.

PIetate tua quesumus domine nostro rum solue vincula omniũ delictorum et intercedente beata et gloriosa sẽper q̃ vir gine dei genitrice maria cum omnibus san-

ctis tuis nos famulos tuos et omnē popu=
lum catholicum in omni sanctitate custodi
omnesq; consanguinitate ac familiaritate
uel confessione et oratione nobis iunctos seu
omnes christianos a vitiis purga/ virtuti=
bus illustra/ pacem et salutem nobis tribue
hostes visibiles et invisibiles remoue / pestē
et famem repelle/amicis et inimicis nostris
caritatem largire:et omnibus fidelibus vi=
uis ac defunctis in terra viuentium vitam
et requiem eternam concede. Oratio.

PEr horū oim sanctorū angelorum ar
changelorū patriarcharū prophetā=
rum apostolorū euāgelistarū martyrū con=
fessorum atq; virginū et oim electorū meri=
ta intercessiones orationes et suffragia cle=
mentissime deus: infunde cordibus nostris
fontē lachrymarū· vt possimus reatum cō
scientie nostre perfecte cognoscere/ valeam=
coram te delicta facinorū nostrorum et com
missa fideliter accusare. et de eis tua miseri=
cordia prestāte veniam perfectam habere.
Per dominum nostrum iesum christum fili=
um tuum. Qui tecum.

~~Obiyā laste bernarde deus in hys prayers~~
~~the dyuell sayd vnto hym I kno we that~~

~~therbe lertheyne verles in the lawter hoo-~~
~~te sal laye them dayly schall not perysshe ād~~
~~he schall haue knolege of the baye that he-~~
~~schall doe but the sense wolde not schoo-~~
~~the to sayntes bernard tha sayd sayncte Ber-~~
~~nard I schall dayly saythe hoolt sawter the~~
~~sende coulyderyng that saynthe Bernard~~
~~scholl doe to moche prayere and gode labor~~
~~so he schewed hymself his verses.~~

¶ Uersus sancti bernardi. O bone Jesu.

Illumina oculos meos ne vnq̄ obdor-
miam in morte: nequando dicat inimi
cus meus preualui aduersus eum.
In manus tuas dñe cōmēdo spiritū meuz:
redemisti me dñe deꝰ veritatis. O adonay.
Locutꝰ sum in lingua mea: notū fac michi
domine finem meum. O sapientia.
Et numerū dierū meorū quis est: vt sciā qd
desit michi. O rex noster fili dauid.
Dirupisti dñe vincula mea tibi sacrificabo
hostiā laudis: & nomē dñi inuocabo O heloy
Periit fuga a me: & nō est qui requirat ani-
mam meam. O emanuel.
Clamaui ad te domine: dixi tu es spes mea
portio mea in terra viuentium. O thus
Fac mecū signū i bono vt videant qui od-

runt me et confundantur: quoniã tu domine adiuuisti me et cõsolatus es me. Oagyos Signatum est super nos lumen vultus tui dñe: dedisti leticiã in corde meo Orabi. Dixi cõfitebor aduersũ me iusticiã meam dño & tu remisisti ipietatẽ pcti mei. Othetra grammaton.

Qui tribulant me exultabunt si motus fuero: ego aũt in mia tua speraui.

O agnus dei.

Cantabo domino qui bona tribuit michi: et psallam noi dñi altissimi. Gloria patri. Kyriel. Christeel Kyriel. Pr̃ nr̃. Et ne nos ℣ Confiteantur tibi domine opa tua. Rm. Et sancti tui benedicant tibi. ℣. domine exaudi. Et clamor meus ad te veniat: Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui ezechie regi iude cũ lachrymis tibi deprecanti terminum sue vite pretendisti: concede michi famulo tuo. N. tantum vite spatium saltem quo ad mensurã: vt peccata mea valeam deplorare: et veniã atq; gratiã per tuã misericordiã cõsequi merear. Per dominum nostrum iesum. Pater nr̃. Aue. Oagyos. Iesu fili dei omnia condidor adiuua me: vt in vanis cogitationibus non delecter. Pater

nostr. Aue maria gratia plena dominꝰ te.
Iesu fili dei qui coꝛam iudice tacuisti/tene linguā meam donec cogitē qualiter et quid loquar. Pater nostr. Aue maria gr̄a plena.
Iesu fili dei qui ligatus fuisti: rege manus meas: et oīa mēbꝛa mea vt opera mea tendāt ād bonū finē. Pater nostr. Aue maria
Titulus triumphalis iesus nazarenus rex iudeoꝝ crucifixus. Ecce viuifice cru✠cis dominicum signū: fugite partes aduerse vicit leo de tribu iuda radix dauid. Alleluya Alleluya. Alleluya. Kyꝛieleyson. Christe eleyson. Kyꝛieleyson. Pater nostr. Aue maria. Credo in deum. Et ne nos inducas intēptationem. Sed libera nos a malo. Esto nobis dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Dñe exaudi oꝛationē meā. Et clamoꝛ meus ad te veniat.
Oꝛemus.
OMnīps sēpiterne deus: parce metuēt̄ib⁹ ppiciare suplicātibus: vt post noxios ignes imbꝛiū ⁊ vim pcellaꝝ: in materiā tue laudis trāseat comminatio potestatis. Et hec etiā verba dei quib⁹ tonātia vel audi pycula fulguris amouentur: A signis celi timueritis que gentes timent: quia ego vo bisc̄ sum dominus deus vester. Amen.

PEto domine iesu christe largire michi in amore tuo modum sine mẽsura: effectum sine modo languorem sine ordine: ardorem sine discretione. Amen.

DOmine iesu christe/ ego cognosco me grauiter peccasse et volo me emendare per gratiam tuam. Miserere mei propter amaram passionem tuam. Amen. Pater noster. Ane maria.

OMnipotens sempiterne deus: qui viuorum dominaris simul et mortuorum: omniumq; misereris quos tuos fide & opere futuros esse prenoscis: te suppliciter exoramus: vt quoscq; vel presens seculum adhuc i carne retinet: vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis pietatis tue clementia: omnium delictorum suorum veniam consequãtur. Per dominum. Pater noster. Aue maria.

Sequuntur vigilie mortuorum. Ãn. Placebo ps. cxiij. in quo monet ad laudem dei pro beneficio liberationis a malis huius seculi.



Dilexi quoniam exaudiet dominꝰ vocem orationis mee.
Quia inclinauit aurem suam mihi: et in diebus meis invocabo.

Circundederunt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerunt me

Tribulationem et dolorem inueni: et nomen domini inuocaui.

O domine libera animam meaz misericors dominus et iustus: et deus noster miseretur

Custodiens paruulos dominus: humiliatus sum et liberauit me.

Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animã meam de morte/ oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu

Placebo domino in regione viuorum.

Requiẽ eternam dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis. Añ. Placebo dño in regiõe viuorũ. Añ. Heu me. ps. cxix. in quo iustus petit liberari de malis huius seculi.

AD dominum cum tribularer clamaui: et exaudiuit me.

Domine libera animam meam a labijs iniquis: et a lingua dolosa

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam

Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatorijs

Heu michi quia incolatus meus prolonga

tus est / habitaui cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea
Cum his qui oderũt pacẽ erã pacificus: cũ loquebar illis impugnabant me gratis
Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Añ. Heu me quia incolatus meus prolongatus est. ãn. Dominus. Psalmus. cxx. in quo monet fideles recurrere ad sanctos.
Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium michi
Auxiliũ meũ a dño: qui fecit celũ et terram
Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te.
Ecce non dormitabit neque dormiet: qui custodit israel.
Dominus custodit te dominus protectio tua super manum dexteram tuam
Per diẽ sol non vret te: neq; luna per noctẽ.
Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus.
Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum: ex hoc nunc et vsq; in seculum.
Requiem eternã dona eis domine. ℞c. ãn.
Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuã dñs. ãn. Si iniquitates. ps.

cxxix. in quo monet ad penitentiam.

De profundis clamaui ad te domine:
domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes: in vocem de-
precationis mee.
Si iniquitates obseruaueris domine: domi
ne quis sustinebit.
Quia apud te propiciatio est: et propter le-
gem tuam sustinui te domine
Sustinuit anima mea in verbo eius: spera-
uit anima mea in domino
A custodia matutina vsq; ad noctem: spe-
ret israel in domino.
Quia apud dominum misericordia: et copi
osa apud eum redemptio
Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquita
tibus eius. Requiē. ān. Si iniquitates ob-
seruaueris dñe: dñe quis sustinebit. ān. Ope
ra. ps. cxxxvi. in quo monet ad laudandū
et exaltandum deum.

Confitebor tibi dñe in toto corde meo:
quoniam audisti verba oris mei
In cōspectu angelorū psallā tibi: adorabo
ad tēplū sanctū tuū et cōfitebor nomini tuo
Sup misericordia tua et veritate tua: quo-
niā magnificasti sup omne nomē sctm tuuz.

In quacunq; die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem

Confiteantur tibi dñe omnes reges terre: quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cãtent in viis domini: quoniam magna est gloria domini.

Quoniam excelsus dñs et humilia respicit et alta a longe cognoscit.

Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me: et super irã inimicoꝝ meoꝝ extendisti manum tuam: et saluum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me dñe mia tua in seculum: opera manuum tuaꝝ ne despicias

Requiem eternam dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis. ℣. Aporta inferi. ℟. m.

Erue domine animas eoꝝ. Añ. Audiui.

Canticum sãcte marie. Luce capitulo. i.

Magnificat anima mea dominum.

Et exultauit spiritus meus: in deo salutari meo.

Quia respexit hũilitatem ãcille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent oẽs generationes.

Quia fecit michi magna qui potens est: et sanctum nomen eius.

Et misericordia eius a progenie in proge-

vies timentibus eum.
Fecit potentiam in bzachio suo dispersit su
perbos mente cozdis sui.
Deposuit potētes de sede: ⁊ exaltauit hui⸗
Esurientes impleuit bonis:et diuites (les
dimisit inanes.
Suscepit israel puerum suum : recozdatus
misericozdie sue.
Sicut locutus est ad patres nostros: abza⸗
ham et semini eius in secula. Req̄. ⁊c. Añia.
Audiui voc̄ de celo dicētē : beati moztui qui
in dño mozium. Kyzieleyso. Chzisteleyson.
Kyrieleyson. Pater nr̄. Aue maria. ps. clxv
in quo monet ad laudem dei.
Lauda anima mea dominum: lauda⸗
bo dominū in vita mea : psallam deo
meo q̄diu fuero.
Nolite confidere in pzincipibus in filiis ho⸗
minum in quibus non est salus.
Exibit spiritus ei⁹ et reuertet in terrā suā:
in illa die peribunt oēs cogitationes eozum:
Beatus cui⁹ deus iacob adiutoz eius spes
eius in dño deo ipsius qui fecit celum et ter⸗
ram:mare et omnia que in eis sunt.
Qui custodit veritatē in seculum facit iudi
ciū iniuriā pacientib⁹:dat escā esurientibus

Dominus soluit compeditos dominus illuminat cecos.
Dominuserigit elisos: dñs diligit iustos.
Dominus custodit aduenas pupillū et viduā suscipiet:et vias peccatoꝝ disperdet.
Regnabit dñs in secula deus tuus syon: in generatione et generationē:℣. Requiē eternam dona eis dñe.℟. Et lux perpetua luceat eis.℣ſ. A porta inferi.℟. Erue dñe aīas eoꝝū.℣. Credo videre bona dñi.℟.m. In terra viuentium. Dñe exaudi oōnem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.
Deus cui proprium est misereri sēper ⁊ parcere te supplices deprecamur pro anima famuli tui. N. quam hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt non tradas eam in manus inimici nec obliuiscaris in finem: sed iubeas illam ab angelis sāctis suscipi: atq; ad regionē viuoꝝū perduci:et quia in te speravit ⁊ credidit: sanctoꝝum tuoꝝum mereatur societate letari.
Deus cui proprium est misereri semper et parcere propiciare aīabus famulorum famulaꝝūq; tuaꝝū: et oīa eoꝝū peccata dimitte/vt mortis vinculis absoluti transire mereātur ad vitam. Per dñm.

DEus indulgentiaꝝ dñe: da ãe famuli vel famule tue. N. cuius anniuersariũ depositionis diẽ commemoramus: refrigerii sedẽ ꝗetis beatitudinẽ / luminis claritatem.

DEus qui iter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali dignitate censere fecisti: presta quesumus. vt quorum vicem ad horã gerebant in terris: eorum perpetuo consortio letentur in celis.

DEus venie largitor et humane salutis amator ꝗs clementiã tuã: vt nostrarũ congregationũ fratres & sorores qui er hoc seculo transierũt intercedente beata maria semꝑ virgine: & beato michaele archangelo cũ oĩbus sanctis tuis: ad perpetue beatitudinis consortium puenire concedas.

HIdeliũ deus oĩm cõditor et redẽptor aiabus oĩm fideliũ defunctorũ remissionẽ cunctorũ tribue peccatorũ: vt indulgentiam quã semper optauerunt piis supplicationibus consequãtur. Qui viuis & regnas deus. Per omnia secula seculorũ. Amẽ. Aña. Dirige. Psalmꝰ. v. in quo agit de hisquibus acquiritur hereditas eterne beatitudinis.

VErba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.

Intende voci orationis mee :rex meus et deus meus

Quoniam ad te orabo domine:mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi et videbo:quoniam non deus volens iniquitatem tu es.

Neq; habitabit iuxta te malignus:neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Virū sanguinū & dolosum abhominabit dominus:ego autē in multitudine mīe tue.

Introibo in domum tuā:adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Dñe deduc me in iusticia tua ppter inimicos meos:dirige in conspectu tuo viam meā

Quoniam non est in ore eorum veritas:cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum:linguis suis dolose agebant :iudica illos deus.

Decidant a cogitationibus suis secūdum multitudinem impietatum eorum expelle eos:quoniam irritauerunt te domine.

Et letentur omnes qui sperant in te in eternum exultabunt et habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui dilgunt

mortuorum.
nomen tuum:quoniam tu benedices iusto.
Domine vt scuto bone voluntatis tue:co-
ronasti nos.
Reqē.Aū Dirige dñe de⁹ meus in cōspectu
tuo viā meam.Aū. Cōuertere.ps. vi.in quo
monet pctōrē ad pēitētiā rīore futuri iudicii
Domine ne in furore tuo arguas me:
neq; in ira tua corripias me.
Miserere mei domine quoniā infirm⁹ sum:
sana me dñe qm conturbata sunt ossa mea.
Et aīa mea turbata est valde:sed tu domi-
ne vsqquo.
Conuertere domīie ⁊ eripe animam meam:
saluum me fac propter misericordiā tuam:
Quoniam non est in morte qui memor sit
tui:in inferno autē quis confitebitur tibi.
Laborani in gemitu meo lauabo per sin-
gulasnoctes lectum meum lachrymis meis
stratum meum rigabo
Turbatus est a furore oculus meus:inue-
terauī inter omnes inimicos meos
Discedite a me omnes qui operamini iniqui-
tatē:quoniā exaudiuit dñs vocē fletus mei
Exaudiuit dominus deprecationē meā:do
minus orationem meam suscepit.
Erubescāt et conturbētur vehemēter oēs

inimici mei cõuertãtur et erubescant valde velociter. Requiem eternã. Añ. Conuetere dñe & eripe aiam meam/ quoniam non est in morte qui memorsit tui. ãn. Nequando. ps. vij. in quo vir iustus petit ab omnib⁹ persequentibus liberari

Domine deus meus in te speraui: saluũ me fac ex omnibus psequentibus me et libera me.

Nequãdo rapiat vt leo aiamã meam: dum non est qũ redimat neq; qui saluum faciat

Domine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis

Si reddidi retribuentibus michi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus aiamã meam et cõprehendat et conculcet in terra vitã meam: & gloriam meam in puluerem deducat

Exurge domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge domine deus meus in precepto quod mandasti: et synagoga populorũ circundabit te.

Et propter hanc in altum regredere: dñs iudicat populos.

Iudica me domine scõm iusticiam meã: et

scōm innocentiam meam super me.
Consumetur nequitia peccator et diriges iustum:scrutans corda et renes deus.
Iustum adiutoriū meū a domino:qui saluos facit rectos corde.
Deus iudex iustus fortis et patiens: nūqd irascitur per singulos dies.
Nisi conuersi fueritis gladiū suum vibrauit:arcum suum tetendit et parauit illum.
Et in eo parauit vasa mortis:sagittas suas ardentibus effecit.
Ecce parturit iniusticiam concepit dolorē: & peperit iniquitatem.
Lacum aperuit et effodit eum: et incidit in foueam quam fecit.
Conuertetur dolor eius in caput eius et in verticem ipsius iniquitas eius descendet.
Confitebor domino scōm iusticiam eius: et psallam nomini domini altissimi.
Requiē.Aīa. Neqñ rapiat vt leo aīam meā dū non est qui redimat neq; qui saluū faciat ℣.A porta inferi.℟.Erue dñe aīas eorū. Pr̄ nr̄.Aue maria.Et ne nos inducas in tēptationem.Sed libera nos a malo. Lectio.j.
Parce michi dñe: nichil enim sunt dies mei.Quid ē homo quia magnificas

eum: aut quid apponis erga eum cor tuum: Visitas eū diluculo: et subito probas illum. Usq; quo non parcis michi: nec dimittis me vt glutiā salivā meam: Peccaui. Quid faciam tibi o custos hominū: Quare me posuisti cōtrariū tibi: et factus sum michimetipsi grauis: Cur non tollis peccatū meum: et quare nō aufers iniquitatē meā: Ecce nunc in puluere dormio: et si mane me quesieris non subsistā. ℣. Credo q; redemptor meus viuit: et in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et in carne mea videbo deū saluatorē meū. ℟. Quē visurus sū ego ipse et non alius: et oculi mei cōspecturi sunt. Et in carne mea videbo deū saluatorē meū. Lect. ij.

TEdet animā meā vite mee: dimittam aduersū me eloquiū meum. Loquar in amaritudine aīe mee: dicam deo: noli me condempnare. Indica michi: cur me ita iudices: Nunquid bonū tibi videtur si calumnieris / et opprimas me opus manuū tuarū: et consiliū impiorum adiuues: Nunquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo & tu vides: Nunquid sicut dies hois dies tui: et anni tui sicut humana sunt tēpora: Ut queras iniquitatē meā: et peccatū meū scrute-

ris. Et scias / quia nichil impiũ fecerim: cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. ℣. In Qui lazarũ resuscitasti a monumento fetidũ. Tu eis dñe dona requiẽ et locũ indulgentie. ℟. Qui venturꝰ es iudicare viuos ⁊ mortuos et seculum per ignẽ. Tu eis dñe dona requiẽ et locũ indulgentie. Lectio tertia.

MAnus tue dñe fecerunt me et plasmauerunt me totum in circuitu: et sicrepente precipitas me. Memento quesoꝙ sicut lutum feceris me: et in puluerẽ reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me: et sicut caseum me coagulasti. Pelle et carnibus vestisti me ossibus et neruis cõpegisti me Vitã et misericordiã tribuisti michi: et visitatio tua custodiuit spiritum meũ. ℣. Dñe quãdo veneris iudicare terrã vbi me abscondã a vultu ire tue. Quia peccaui nimis in vita mea. ℟. Commissa mea pauesco et ante te erubesco dum veneris iudicare noli me condempnare. Quia peccaui nimis in vita mea. Añа. In loco pascue ps. xxij. in quo agitur de misericordia dei.

DOminus regit me et nichil michi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me:

animam meam conuertit
Deduxit me super semitas iusticie: propter nomen suum.
Nã & si ambulauero in medio vmbre mortis: nõ timebo mala quoniam tu mecum es
Virga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt.
Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meum: et calix meus inebrians q̃ preclarus est.
Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vite mee.
Et vt inhabitem in domo domini: in longitudinem dierum. Requiẽ eternã. Añ. In loco pascue ibi me collocauit. Añ. Delicta. ps. xxiiii. in quo docet vir iustus in aduersis non murmurare: sed diuinum expectare auxilium.
Ad te dñe leuaui animã meam: deus meus in te confido non erubescam.
Neq; irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinent te non confundentur.
Confũdãtur oẽs iniqua agentes: supacue.
Vias tuas domine demonstra michi: et semitas tuas edoce me.

mozţuozum.

Dirige me in veritate tua: et doce me qꝫ tu es deꝰ saluatoꝛ meus: et te sustinui tota die.

Reminiscere miserationū tuarū domine: et misericoꝛdiarū tuarum que a seculo sunt

Delicta iuuentutis mee et ignoꝛantias meas ne memineris.

Secundū misericoꝛdiā tuam memento mei tu: pꝛopter bonitatem tuam domine.

Dulcis et rectus dominus: pꝛopter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.

Uniuerse vie dñi misericoꝛdia et veritas: requirētibus testamētū eiꝰ et testimonia eiꝰ

Pꝛopter nomen tuum domine pꝛopiciaberis peccato meo: multum est enim.

Quis est homo qui timet dominum: legem statuit ei in via quam elegit.

Anima eius in bonis demorabitur: et semen eius hereditabit terram.

Firmamentū est dominus timentibꝰ eum et testamentum ipsius vt manifestetur illis

Oculi mei semper ad dominū: quoniā ipse euellet de laqueo pedes meos

Respice in me et miserere mei: quia vnicus et pauper sum ego:

Tribulationes cordis mei multiplicate sūt de necessitatibus meis erue me.
Vide humilitatem meam et laborē meum et dimitte vniuersa delicta mea.
Respice inimicos meos quoniam multipli cati sunt: et odio iniquo oderunt me.
Custodi aiam meam et erue me: non erube scam quoniam speraui in te.
Innocentes et recti adhesserunt michi: qa sustinui te.
Libera deus israel: ex omnibus tribulatio nibus suis.
Requiem. Añia. Delicta iuuentutis mee et ignorātias meas ne memineris domie. Añ.
Credo videre. ps. xxvi. in quo vir iustus pe= tit a deo gratiā vt prevaleat contra hostes spirituales: et vt perueniat ad regnum.
Dominus illuminatio mea: et salus mea quem timebo.
Dñs protector vite mee: a quo trepidabo.
Dum appropiant super me nocentes: vt edant carnes meas.
Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirma ti sunt et ceciderunt.
Si consistant aduersum me castra: non ti= mebit cor meum.

Si exurgat aduersum me prelium: in hoc ego sperabo.
Unam petii a dño hãc requirã: vt ihabitẽ in domo dñi omnibus diebus vite mee.
Ut videã voluntatẽ dñi: & visitẽ tẽplũ eius
Qm̃ abscõdit me in tabernaculo suo: in die malorũ protexit me i abscõdito tabernaculi sui
In petra exaltauit me et nũc exaltauit caput meum super inimicos meos.
Circuiui & immolaui i tabernaculo eius: hostiã vociferationis cãtabo & psalmũ dicã dño
Exaudi domine vocem meam qua clamauj ad te miserere mei et exaudi me.
Tibi dixit cor meum exq̃siuit te facies mea faciẽ tuã domine requiram
Non auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo.
Adiutor meus esto ne derelinquas me neq; despicias me deus salutaris meus.
Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me dominus autẽ assumpsit me
Legem pone michi domine in via tua & dirige me i semita recta: ppter inimicos meos.
Ne tradideris me i animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi

Credo videre bona dñi:in terra viuentium
Expecta dominū viriliter age:cōforteť cor
tuum et sustine dominum. Requiem. Aña.
Credo videre bona dñi:in terra viuentium.
℣. In memoria eterna erit iustus. ℟. Ab au
ditione mala nō timebit. Pater nr̄. Lect.iiij
QUātas habeo iniq̄tates & pctā: scelera
mea atq; delicta ostende michi. Cur
faciē tuā abscondis et arbitraris me inimicū
tuū: Cōtra foliū qđ vēto rapiť ostēdis potē
tiā tuā: & stipulā siccā ꝓsequeris Scribis enī
cōtra me amaritudines:et cōsumere me vis
peccatis adolescētie mee. Posuisti in neruo
pedē meū / & obseruasti oēs semitas meas: &
vestigia pedū meorū cōsiderasti. Qui quasi
putredo consumendus sū:et quasi vestimē
tū quod comediť a tinea. ℟. Heu michi dñe
quia peccaui nimis in vita mea / quid faciā
miser vbi fugiam nisi ad te deus meus mise
rere mei. Dū veneris in nouissimo die. ℣. Anima mea turbata est valde:sed tu domi
ne succurre ei. Dum veneris. Lectio quinta.
HOmo natus de muliere brevi viuens
tēpore:repletur multis miseriis Qui
quasi flos egreditur et cōteritur: et fugit ve
lut vmbra:et nunq̄ in eodē statu permanet.

Et dignū ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos et adducere eū tecū in iudiciuin Quis potest facere mundū de imundo conceptū semine: nōne tu qui solus es: Breues dies hois sunt: numerus mēsium eius apud te est. Constituisti terminos eius: qui preteriri non poterunt. Recede ergo paululū ab eo vt quiescat donec optata veniat: et sicut mercenarii dies eius. ℟. Ne recorderis peccata mea dñe. Dum veneris iudicare seculum per ignē. ℣. Dirige domine deus meus in conspectu tuo viam meam. Dum veneris iudicare seculum per ignem.

Lectio. v.

QUis michi hoc tribuat vt in inferno protegas me/et abscondas me donec pertranseat furor tuus: et constituas michi tēpus in quo recorderis mei: Putas ne mortuus homo rursum viuat. Cunctis diebus quibus nūc milito expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me: et ego respondebo tibi. Operi manuū tuarum porriges dexterā. Tu quidē gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis ℟. Dñe scōm actum meum noli me iudicare nichil dignū in cōspectu tuo egi. Ideo deprecor maiestatez tuam vt tu des deleas iniquitatē meā. ℣. Amplius

laua me dom̃e ab iniusticia mea:eta delicto meo mũda me:quia tibi soli peccaui. Ideo deprecor. Añ. Complaceat. ps.xxxix. in quo ecclesia gratias agit de beneficio incarnationis filii dei.

Expectans expectaui dominum:et intendit michi

Et exaudiuit preces meas: et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis.

Et statuit supra petrã pedes meos:et direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum nouum cãrmen deo nostro.

Videbunt multi ⁊ timebũt:⁊ sperabũt ĩ dño

Beatus vir cuius est nomen dñi spes eius:et non respexit in vanitates ⁊ insanias falsas

Multa fecisti tu dñe deus me⁹ mirabilia tua et cogitationibus tuis nõ est q̃ similis sit tibi

Annunciaui et locutus sum: multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium et oblationem noluisti: aures autem perfecisti michi.

Holocaustum et pro peccato non postulasti:tunc dixi ecce venio.

In capite libri scriptum est de me vt facerẽ voluntatem tuam:deus meus volui et legẽ

tuam in medio cordis mei.
Annũciaui iusticiã tuã in ecclesia magna:
ecce labia mea non prohibebo dñe tu scisti.
Iusticiam tuam non abscõdi in corde meo
veritatem tuam et salutare tuum dixi
Non abscondi misericordiam tuam et ve-
ritatem tuam a consilio multo.
Tu autem domine ne longe facias miserа
tiones tuas a me: misericordia tua et veri-
tas tua semper susceperunt me.
Quoniam circundederunt me mala quorũ
non est numerus: cõprehẽderunt me iniqui-
tates mee et non potui vt viderem.
Multiplicate sunt sup capillos capitis mei:
et cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi domine vt eruas me: do-
mine ad adiuuandum me respice.
Confundantur et reuereantur simul: qui
querunt animam meam vt auferant eam.
Conuertantur retrorsum et reuereantur:
qui volunt michi mala.
Herant confestim confusionem suam: qui
dicunt michi euge euge.
Exultent et letẽtur super te omnes queren
tes te: et dicant semper magnificetur domi-
nus qui diligunt salutare tuum.

Ego autē mendicus sum et pauper dominus sollicitus est mei.
Adiutor meus & protector meus tu es:deus meus ne tardaueris
Requiē.Ah. Complaceat tibi dñe vt eruas me dñe ad adiuuandum me respice. Ah. Sana.ps.xl.in quo agitur de passione christi et eius resurrectione.
Beatus qui intelligit super egenum et pauperē in die mala liberabit eūdñs.
Dominus conseruet eum & viuificet eum et beatum faciat eum in terra:et non tradat eum in animam inimicorum eius
Dominus opem ferat illi super lectū doloris eius:vniuersum stratum eius:versasti in infirmitate eius.
Ego dixi domine miserere mei: sana animam meam quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala michi: quando morietur et peribit nomen eius.
Et si ingrediebatur vt videret vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatē sibi.
Egrediebat foras:et loquebat in idipsum.
Aduersum me susurrabāt omnes inimici mei:aduersum me cogitabant mala michi.
Verbū iniquū constituerūt aduersum me:

nūquid qui dormit non adiciet vt resurgat
Etenim homo pacis mee i quo speraui: qui
edebat panes meos magnificauit super me
supplantationem.
Tu autem domine miserere mei: & resusci-
ta me et retribuam eis.
In hoc cognoui quoniam voluisti me quo-
mā non gaudebit inimicus meus super me.
Me aūt propter innocentiā suscepisti: et con
firmasti me in conspectu tuo in eternum.
Benedictus dñs deus israel: a seculo et in
scm fiat fiat. Requiem. Añ. Sana dñe ani-
mā meā: quia peccaui tibi. Añā. Sitiuit. ps.
xli. in quo monetur fidelis ne seculi tristicie
retrahant eum a desiderio eterne vite.
QUēadmodū desiderat cerus ad fon-
tes aquarū: ita desiderat anima mea
ad te deus.
Sitiuit anima mea ad deum fontē viuum:
quando veniā et apparebo ante faciem dei.
Fuerunt michi lachryme mee panes die ac
nocte: dū dicit michi quotidie vbi est deus tus
Hec recordatus sum et effudi in me animā
meam: quoniā transibo in locū tabernaculi
admirabilis vsq; ad domum dei:
In voce exultationis & confessionis: sonus

epulantis.

Quare tristis es anima mea:et quare conturbas me:

Spera in deo quoniã adhuc confitebor illi: salutare vultus mei & deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra iordanis: et hermonii a monte modico.

Abyssus abyssum invocat:in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua & fluctus tui: super me transierunt.

In die mandavit dominus misericordiam suam:& nocte canticum eius.

Apud me oratio deo vite mee:dicã deo susceptor meus es.

Quare oblitus es mei & quare contristatus incedo dum affligit me inimicus.

Dum cõfringuntur ossa mea exprobraverunt michi:qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt michi per singulos dies:ubi ẽ deus tuus.

Quare tristis es anima mea:et quare conturbas me:

Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei & deus meus.

Vigilie.

℟. Requiē eter. Anīa sitiuit aīa mea ad deū fontē viuū q̄n veniā et apparebo ante faciē dei. ℣. Requiē eternā dona eis dñe ℟. Et lux perpetua luceat eis. Pa. Lect. vii. Spiritꝰ meus attenuabit: dies mei breuiabūt & solū michi supest sepulchrū. Nō peccaui: & in amaritudinibus morat oculus meus. Libera me dñe & pone me iuxta te & cuiuis manꝰ pugnet ctra me. Dies mei transierunt cogitationes mee dissipate sunt torquētes cor meū. Noctē verterūt in diem et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero infernus domus mea est: et in tenebris straui lectulum meum. Putredini dixi. Pater meus es: mater mea & soror mea vermibus. Ubi est ergo nunc prestolatio mea / et patientia mea. Tu es dñe deus meus. ℟. Peccātem me quotidie & non penitētem: timor mortis conturbat me. Quia in inferno nulla est redēptio miserere mei deꝰ et salua me. ℣. Deꝰ in noīe tuo saluū me fac & in virtute tua libera me. Qr in iferno nulla est redēptio miserere mei deꝰ & salua me. Lect. viii. Pelli mee cōsumptis carnibus adhesit os meū: et dereliqua sunt circa labia circa dentes meos. Miserimini mei / mi-

seremini mei saltẽ vos amici mei/q; manus domini tetigit me. Quare persequimini me sicut de?: ⁊ carnib? meis saturamini? Quis michi tribuat vt scribantur sermones mei? Quis michi det vt exarẽtur in libro stilo ferreo aut plũbi lamina: vel celte sculpãtur in silice? Scio eñ q; redẽptor meus viuit: et in nouissimo die de terra surrecturus sum: et rursũ circũdabor pelle mea: et in carne mea videbo deũ saluatorẽ meũ. Quẽ visur? sum ego ipse: et oculi mei conspecturi sunt ⁊ non alius. Reposita est hec spes mea in sinu meo. ℟. Requiẽ eternã dona eis dñe. Et lux ppetua luceat eis. ℣?. Qui lazarũ resuscitasti a monumento fetidũ tu eis dñe dona requiẽ. Et lux perpetua luceat eis

Lectio nona.

Quare de vulua eduxisti me: qui vtinã cõsumptus essem ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem de vtero trãslatus ad tumulum. Nunq̃d nõ paucitas dierũ meorũ finietur breui? Dimitte ergo me dñe vt plangam paululũ dolorẽ meũ antẽ q̃ vadam: et nõ reuertar ad terrã tenebrosam et opertã mortis caligine. Terrã miserie et tenebrarum vbi vmbra mortis ⁊ nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitans. ℟.

Libera me domine de morte eterna in die illa tremenda. Quando celi mouendi sunt & terra. Dum veneris iudicare seculum p ignem. ℣. Dies illa dies ire calamitatis et miserie dies magna et amara valde. Quando celi mouendi sunt & terra. ℟. Quid ergo miserrimus quid dicã vel quid faciã dum nil boni perferã ante tantũ iudicẽ. Dum veneris iudicare seculum p ignẽ. ℣. Nũc christe te petimus miserere quèsumus qui venisti redimere perditos noli dãnare redẽptos. Libera me dñe de morte eterna. &c. ℟m. Libera me dñe de penis inferni. Qui portas ereas confregisti & visitasti infernum: & dedisti eis lumen vt viderent te qui erãt in penis tenebrarũ. ℟. Clamantes & dicentes aduenisti redẽptor noster. Qui portas ereas confregisti et visitasti infernũ: & dedisti eis lumen vt viderent te qui erãt in penis tenebrarũ. ℣lus. Requiescant in pace: ℟. Amẽ. Añia. Exultabunt. Psalmus l. in quo ppheta monet peccatorem exemplo sui ad penitentiam.

MIserere mei deus secũdũ magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinẽ miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me
Quoniã iniquitatm meã ego cognosco: et peccatum meum contra me est semp.
Tibi soli peccaui et malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis/et vincas cum iudicaris.
Ecce enim i iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientie tue manifestasti michi.
Asperges me domine yssopo & mũdabor: lauabis me et super niuem dealbabor
Auditui meo dabis gaudium & leticiam: & exultabunt ossa humiliata.
Auerte faciem tuam a peccatis meis & omnes iiquitates meas dele.
Cor mũdum crea in me deus: & spiritũ rectum innoua in visceribus meis.
Ne proicias me a facie tua: & spiritũ sanctum tuum ne auferas a me.
Redde michi leticiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te conuertentur.
Libera me de sanguinib⁹ deus de⁹ salutis

mee: et exultabit lingua mea iusticiam tuā.
Domine labia mea aperies: et os meū annunciabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrificiū dedissem: vtiq; olocaustis non delectaberis.
Sacrificiū deo spūs cōtribulatus coꝛ cōtritum ⁊ humiliatum deus non despicies.
Benigne fac domine in bona volūtate tua syon: vt edificentur muri hierusalem
Tunc acceptabis sacrificiū iusticie oblationes ⁊ olocausta: tūc imponēt sup altare tuū vitulos. Requiē eternā dona eis dñe: ⁊ lux ꝑpetua luceat eis. Añia Exultabūt dño ossa humiliata. añ. Exaudi dñe. Psalmus. lxiiij in quo ꝓphetabidetur consolari in hoc exilio per spem redeundi in supernā hierusalē.
Te decet hymnus deus in syon: ⁊ tibi reddetur votum in hierusalem.
Exaudi deus oꝛationem meam: ad te omnis caro veniet.
Verba iniquoꝝ pꝛeualuerunt super nos ⁊ impietatibus nostris tu ꝓpiciaberis
Beatus quem elegisti ⁊ assumpsisti inhabitabit in atrijs tuis.
Replebimur in bonis domus tue: sanctum est tēplum tuum mirabile in equitate

Exaudi nos deꝰ salutaris noster: spes omnium finium terre & in mari longe.
Preparans montes in virtute tua accinctus potentia: qui conturbas profundū maris sonum fluctuum eius.
Turbabuntur gentes & timebunt qui habitant terminos a signis tuis: exitus matutini et vespere delectabis.
Visitasti terrā & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.
Flumen dei repletū est aquis: parasti cibū illorum quoniam ita est preparatio eius.
Riuos eius inebriās multiplica genimina. eius: in stillicidiis eius letabitur germinās
Benedices corone anni benignitatis tue: & campi tui replebuntur vbertate.
Pinguescent speciosa deserti: et exultatione colles accingentur.
Induti sunt arietes ouiū et valles abūdabūt frumēto clamabūt etenī hymnū dicēt.
Requiē eternā Aña Exaudi dñe orationē meā ad te ois caro veniet. Añ. Me suscepit.
Psalmus. lxii in quo monet recte conuersari in medio nationis praue.
Deus deus meꝰ: ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te anima mea: quā mul-

tipliciter tibi caro mea.

In terra deserta inuia & iaquosa sic in sancto apparui tibi vt viderem virtutem tuam et gloziam tuam.

Quoniã melioz est misericoꝛdia tua super vitas labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: et in nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleat aĩa mea et labiis exultationis laudabit os meum.

Si memoz fui tui super stratum meum: in matutinis meditaboꝛ in te quia fuisti adiutoz meus.

Et in velamẽto alarũ tuaꝝ exultabo adhesit aĩa mea post te me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quesierũt animã meã introibũt in inferioꝛa terre tradẽtur in manus gladii partes vulpiũ erunt

Rex vero letabitur in deo laudabũtur oẽs qui iurãt in eo: quia obstructũ est os loquentium iniqua. Psalmus. lxvi. in quo pꝛophe ta monet ad laudem dei & bene operãdum.

Deus misereatur nostri et benedicat nobis illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri

Ut cognoscamus in terra viam tuam: in

omnibus gentibus salutare tuum.
Confiteantur tibi populi deus confiteantur tibi populi omnes.
Letẽtur & exultẽt gẽtes qñ iudicas populos ĩ equitate: & gentes in terra dirigis
Confiteãtur tibi populi deus confiteãtur tibi populi oẽs terra dedit fructum suum.
Benedicat nos de⁹ de⁹ noster bñdicat nos deus: & metuant eũ omnes fines terre.
Requiem eternã dona eis dñe: & lux perpetua luceat eis. Añ. Me suscepit dextera tua domine. Añ. A porta inferi. Psalmus siue cantich ezechielis. Isaie. capitulo. xxxviij.
Ego dixi in dimidio dierum meorũ: vadam ad portas inferi.
Quesiui residuũ annorũ meorũ: dixi nõ videbo dominũ deum in terra viuentium.
Non aspiciam hominem vltra: et habitatorem quietis.
Generatio mea ablata est & cõuoluta est a me quasi tabernaculum pastorum.
Precisa est velut a texente vita mea dum adhuc ordirer succidit me: de mane vsq; ad vesperam finies me.
Sperabam vsq; ad mane: quasi leo sic contriuit omnia ossa mea.

De mane vlq; ad vesperam finies me: sicut pullus hyrundinis sic clamabo: medita vor vt columba.

Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelso.

Dñe vim patior respõde p me qd dicã aut quid respondebit michi: cum ipse fecerim.

Recogitabo tibi oẽs annos meos: in amaritudine anime mee.

Domine si sic viuitur & in talibus vita spiritus mei corripies me & viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autẽ eruisti aiam meã vt non periret: proiecisti post tergũ tuũ oĩa peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi neq; mors laudabit te: nõ expectabũt qui descendunt in lacum veritatem tuam.

Viuẽs viuẽs ipse cõfitebit tibi: sicut & ego hodie pater filijs notã faciet veritatẽ tuã.

Dñe saluũ me fac: & psalmos nr̃os cãtabimus cunctis diebus vite nostre in domo dñi

Requiẽ eternã. Añ. A porta inferi erue dñe animã meã. Añ. Omnis spiritus. Psalmus cxlviij. in quo monet ad laudandum deum.

Laudate dominum de celis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.
Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stelle & lumen.
Laudate eum celi celorū: & aque que super celos sunt laudent nomen domini.
Quia ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit et creata sunt.
Statuit ea in eternum et in seculū seculi: preceptum posuit & non preteribit.
Laudate dominum de terra: dracones et omnes abyssi.
Ignis grando nix glacies spiritus procellarum: que faciunt verbum eius.
Montes et omnes colles ligna fructifera & omnes cedri.
Bestie et vniuersa pecora: serpentes et volucres pennate.
Reges terre et omnes populi: principes et omnes iudices terre.
Iuuenes & vgines senes cū iuniorib⁹ laudēt nomē dñi: q⁹ exaltatū est nomē ei⁹ soli⁹
Confessio eius super celum & terram: & exaltauit cornu populi sui.
Hymnus omnib⁹ sanctis eius: filijs israel populo appropinquanti sibi.

psalmus. xlix. in quo monet ad laudem dei

CAntate domino canticū nouum laus eius in ecclesia sanctorum.

Letetur israel in eo qui fecit eū: ⁊ filie syon exultent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro: in tympano et psalterio psallāt ei.

Quia beneplacitum est domino in populo suo et exaltauit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: letabūtur in cubilibus suis.

Exultationes dei in gutture eorum: ⁊ gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictā in nationibus increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorū in cōpedibus et nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hec est omnibus sanctis eius.

Psalmus. cl. in quo monet ad laudem dei/ propter beneficium glorificationis

LAudate dñm in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eū scōm multitudinē magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tube: laudate eum

in psalterio et cythara.
Laudate eum in tympano & choro:laudate eum in chordis & organo.
Laudate eũ in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spũs laudet dñm. Requiẽ. Añia. Omis spũs laudet dñm. Requiẽ eternã dona eis domie.
℣. Et lux ppetua luceat eis. Añ. Ego sum.

Canticum zacharie. Luce. capitulo. i.

Benedictus dñs deus israel: quia visitauit et fecit redemptionẽ plebis sue.
Et erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui.
Sicut locutus est per os sanctorũ: qui a seculo sunt prophetarum eius.
Salutem ex inimicis nostris: et de manu omnium qui oderunt nos.
Ad faciendam misericordiã cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti.
Iuliurandũ quod iurauit ad abraham patrem nostrum: daturum se nobis.
Ut sine timore de manu inimicorũ nostrorum liberati: seruiamus illi.
In sanctitate et iusticia coram ipso: omnibus diebus nostris.
Et tu puer propheta altissimi vocaberis:

pzeibis eñ ante faciẽ dñi parare vias eius.
Ad dandam sciẽtiam salutis plebi eius: in remissionem peccatozum eozum.
Per viscera misericozdie dei nostri: in quibus visitauit nos oziens ex alto.
Illuminare his qui in tenebzis ⁊ in vmbza moztis sedẽt: ad dirigẽdos pedes nostros in viam pacis. Requiẽ eternã. Amẽ. Ego sum resurrectio et vita / qui credit in me etiam si mozt⁹ fuerit viuet: et omnis qui viuit et credit in me non mozietur in eternũ. Kyzieleyson. Chzisteleyson. Kyzieley. Pater nr̃.
ps. xxix. in quo agit̃ de resurrectione chzisti.
Exaltabo te dom̃ie qm̃ suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me.
Dñe de⁹ me⁹ clamaui ad te: et sanasti me.
Domine eduxisti ab inferno animã meam saluasti me a descendentibus in lacum.
Psallite domino sancti eius: ⁊ confitemini memozie sanctitatis eius.
Quoniam ira in indignatione eius: ⁊ vita in voluntate eius.
Ad vesperũ demozabitur fletus: ⁊ ad matutinum leticia.
Ego autem dixi in abundantia mea: non mouebo⁹ in eternum:

et tribulationē meā ante ipsum pronuncio.
In deficiendo ex me spiritum meum: et tu cognouisti semitas meas.
In via hac qua ambulabam: absc̄oderunt superbi laqueum michi
Considerabam ad dexteram & videbam: & non erat qui cognosceret me.
Perijt fuga a me: & nō est qui requirat animam meam.
Clamaui ad te domine dixi tu es spes mea: portio mea in terra viuentium.
Intende ad deprecationē meam: quia humiliatus sum nimis.
Libera me a persequentibus me: quia confortati sunt super me.
Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti donec retribuas michi.

SAncte et indiuidue trinitati iesu christi crucifixi humanitati gloriose marie virgini sit sempiterna gloria ab oī creatura per infinita seculorum secula. Amen.
Benedictum sit dulce nomen domini nostri iesu christi & gloriose virginis marie matris eius in eternum et vltra. Amen.
Nos cū pie pia: bñdicat Ugo maria. Amē.

Mundi saluator sit nobis auxiliator. Amē.
Et anime omniū fideliū defunctorū p miseri cordiam dei requiescant in pace. Amen.
Da requiē cūctis de⁹ hic ꝓbiq; sepultis vt sint in requie ppter tua vulnera q̄nq;. Amē
Sit laus deo/ pax viuis/ et requies defunctis. Amē. Pater nr̄. Aue maria. Credo.
¶ Johānes papa. xij. concessit oībus dicētibus orationē sequētē trāseūdo p cymiteriū tot annos indulgētiarū quot fuerūt ibi corpora inhumata a ꝯstitutiōe ipsi⁹ cymiterii.
Avete oēs aie fideles quarū corpora hic et vbiq; requiescunt in puluere dñs iesus xp̄us qui vos et nos redemit suo p̄cio sissimo sanguine dignet vos a penis liberare/ ꝛinter choros suor̄ sanctor̄ angelor̄ collocare: ibiq; nr̄i memores suppliciter exorare vt vobis associemur ꝛ vobiscū in celis coronemur. ℣. Nō intres in iudiciū cū aīabus seruorū tuorū. ℟. Quoniā non iustificabit in conspectu tuo omnis viuens. Oremus.
Omine Jesu crīste salus et liberatio fideliū animar̄ qui nō venisti aīas perdere: sed saluare ꝛ dare aīam tuā in redēptionē p multis: immēsam clemētiā tu am: ac ineffabilem mīam humiliter implorā⁹

vt animas omniū fidelium defunctoꝝ in penis purgatoꝝ cruciatas miſericoꝝditer reſpicere digneris ⁊ que iuſte ꝑ peccatis affliguntur tua benigniſſima pietate liberētur: ſubueniatq; illis tua mia quas precioſo ſanguine redemiſti. Et ꝑ merita beatiſſime gloriоſiſſimeq; virginis marie ⁊ oim ſanctoꝝ ⁊ ſanctarū eas ab inferoꝝū cruciatibus libera re: ⁊ iter aias ſanctoꝝ tuoꝝ collocare digneris/veſte quoq; immoꝝtalitatis indui/et paradiſi amenitate iubeas cōfoueri. Qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculoꝝum. Amen



Hic incipiunt cōmēdationes animarū. Pſalmus. cxviij. in quo datur pfecta doctrina ad beatitudinē conſequēdam.

Beati immaculati in via qui ambulāt in lege domini.

Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius

in toto coꝛde exquirunt eum.
Non enim qui operantur iniquitatem: in
viis eius ambulauerunt
Tu mādasti: mādata tua custodiri nimis.
Utinam dirigantur vie mee: ad custodien-
das iustificationes tuas.
Tunc non confundar: cum pꝛospexero in
omnibus mandatis tuis.
Confiteboꝛ tibi in directione coꝛdis: in eo qꝺ
didici iudicia iusticie tue.
Iustificationes tuas custodiā: non me de-
relinquas vsqꝫquaqꝫ
Qꝺat pꝛo obseruantia mandatoꝛum dei.
In quo coꝛrigit adolescentioꝛ viā suā:
in custodiendo sermones tuos.
In toto coꝛde meo exquisiui te: ne repellas
me a mandatis tuis.
In coꝛde meo abscondi eloquia tua: vt non
peccem tibi.
Benedictus es domine: doce me iustificati-
ones tuas
In labiis meis pꝛonunciaui omnia iudicia
oꝛis tui.
In mandatis tuis exerceboꝛ: et considera-
bo vias tuas
In iustificationibus tuis meditaboꝛ: non

obliuiscar sermones tuos: ¶ Orat pro auxilio gratie ad obseruandum mandata.

RETribue seruo tuo viuifica me: vt custodiam sermones tuos.

Reuela oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: non absondas a me mandata tua.

Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.

Increpasti superbos maledicti qui declinãt a mandatis tuis.

Auser a me opprobrium et contemptum: quia testimonia tua exquisiui.

Etenim sederũt principes et aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.

Nam et testimonia tua meditatio mea est: et consilium meum iustificationes tue.

¶ Orat releuari mente a terrenis vt facilius seruet mandata dei.

ADhesit pauimẽto anima mea viuifica me secundum verbum tuum

Vias tuas annũciaui & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.

Viam iustificationum tuarum instrue me

et exercebor in mirabilibus tuis
Dormitauit anima mea pre tedio: confirma me in verbis tuis.
Viam iniquitatis amoue a me: et de lege tua miserere mei
Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.
Adhesi testimoniis tuis domine: noli me confundere.
Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum. Orat sibi dari legem nouam vt rectius tendat ad deum.
Legem pone michi dñe viam iustificationū tuarū: et exquiram eam semper
Da michi intellectū et scrutabor legē tuā: et custodiam illam in toto corde meo.
Deduc me in semita mādatorum tuorum quia ipsam volui.
Inclina cor meum in testimonia tua: et nō in auariciam.
Auerte oculos meos ne videant vanitatē: in via tua viuifica me.
Statue seruo tuo eloquium tuum: in timore tuo.
Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum: quia iudicia tua iocunda.

Ecce concupiui mandata tua: in equitate tua viuifica me. ℂ Oꝛat pꝛo remiſſione aduentu filii dei per quem liberetur.

ET veniat ſuper me miſericoꝛdia tua dñe: ſalutare tuũ ſcõm eloquium tuũ.
Et reſpondebo expꝛobꝛantibus michi verbum: quia ſperaui in ſermonibus tuis.
Et ne auferas de oꝛe meo verbum veritatis vſq; quaq; : qꝛ in iudiciis tuis ſuperſperaui.
Et cuſtodiam legem tuam ſemper: in ſeculum et in ſeculum ſeculi.
Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquiſiui.
Et loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu regum: et non confundebar.
Et meditabar in mãdatis tuis: que dilexi.
Et leuaui manꝰ meas ad mãdata tua que dilexi: & exerceboꝛ in iuſtificationibus tuis.
ℂ Oꝛat vt pꝛoſpere dirigatur ad penitentiã et pꝛotegatur a moleſtiis peccantium.

MEmoꝛeſto verbi tui ſeruo tuo: in quo michi ſpem dediſti.
Hec me conſolata eſt in humiltate mea: qꝛ eloquium tuum viuificauit me.
Superbi inique agebant vſque quaq; : a lege autem tua nõ declinaui.

Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine: et consolatus sum.

Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

Cantabiles michi erant iustificationes tue in loco peregrinationis mee.

Memor fui nocte nominis tui domine: & custodiui legem tuam.

Hec facta est michi: quia iustificationes tuas exquisiui. Q̄rat vt non priuetur portione sua que est deus.

Portio mea domine: dixi custodire legem tuam:

Deprecatus sum faciem tuā in toto corde meo: miserere mei secundū eloquium tuum.

Cogitaui vias meas et conuerti pedes meos: in testimonia tua.

Paratus sum et non sum turbatus: vt custodiam mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi sunt me: & legem tuam non sum oblitus.

Media nocte surgebam ad confitendum tibi: super iudicia iustificationis tue.

Particeps ego sum omniū timentium te: & custodientium mandata tua.

Misericordia tua domine plena est terra: iu-

stificationes tuas doce me.

¶Gratias agit deo q̄ punit in ista vita/ vt non p̄iuetur po̅tione sua in alia

Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine: secundum verbum tuum.

Bonitatem ⁊ disciplinam ⁊ scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi

P̄riusq̄ humiliarer ego deliqui: p̄propterea eloquium tuum custodiui.

Bonus es tu: et in bonitate tua doce me iustificationes tuas.

Multiplicata est super me iniquitas superbo̅rum: ego autem in toto co̅rde meo scrutabo̅r mandata tua.

Coagulatū est sicut lac co̅r eo̅rum: ego vero legem tuam meditatus sum.

Bonum michi quia humiliasti me: vt discā iustificationes tuas.

Bonum michi lex o̅ris tui: super milia auri et argenti.

¶Laudat deum q̄ fecit eum capacem/ scilicet ad imaginem suam.

Manus tue fecerunt me et plasmaue-runt me: da michi intellectum vt discam mandata tua

Qui timent te videbunt me et letabuntur:

quia in verba tua superspraui.
Cognoui domine quia eqtas iudicia tua: & in veritate tua humiliasti me.
Fiat misericordia tua vt consoletur me: secundum eloquium tuum seruo tuo.
Veniant michi miseratiões tue et viuam: quia lex tua miseratio mea est.
Confundãtur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.
Conuertantur michi timentes te: & qui nouerunt testimonia tua.
Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis: vt non confundar.
Orat pro festino ingressu in eternam hereditatem.
Defecit in salutare tuum anima mea et in verbum tuum superspraui.
Defecerũt oculi mei in eloquium tuum: dicentes quando consolaberis me.
Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.
Quot sunt dies serui tui: quando facies de persequentibus me iudicium.
Narrauerunt michi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua.

Omnia mandata tua veritas / iniqui per-
secuti sunt me adiuua me.
Paulominus consummauerunt me in ter-
ra: ego autem non dereliqui mandata tua.
Secundum misericordiam tuã viuifica me
et custodiam testimonia oris tui. ¶Orat q̃
deus impleat promissiones sanctis factas.
In eternum domine: verbũ tuum per-
manet in celo.
In generatione et generationem veritas
tua: fundasti terram & permanet.
Ordinatione tua perseuerat dies quoniam
omnia seruiunt tibi.
Nisi q̃ lex tua meditatio mea est: tunc for-
te perissem in humilitate mea.
In eternum non obliuiscar iustificationes
tuas: quia in ipsis viuificasti me.
Tuus sum ego saluum me fac: quia iustifi
cationes tuas exquisiui.
Me expectauerunt peccatores vt perderẽt
me testimonia tua intellexi.
Omnis consummationis vidi finẽ: latum
mandatum tuum nimis.
Agit gratias deo q̃ perfecit eum in virtu-
tibus: et est oratio ad impetrandum donum
charitatis et scientie.

Quomodo dilexi legem tuam domine: tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in eternum michi est.

Super omnes docentes me intellexi quia testimonia tua meditatio mea est.

Sup senes intellexi: qa mandata tua q̃siui.

Ab omni viã mala prohibui pedes meos vt custodiam verba tua.

A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legẽ posuisti michi.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo.

A mandatis tuis intellexi propterea odiui omnem viam iniquitatis.

CInflammatus & illuminatus: promittit se firmiter seruaturum esse mandata dei.

Lucerna pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis.

Iuraui et statui: custodire iudicia iustitie

Humiliatus sum vsq; quaq; domĩe(tue viuifica me secundum verbũ tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: et iudicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper: et legem tuam non sum oblitus.

Posuerũt peccatores laqueum michi: et de mandatis tuis non erraui.
Hereditate acq̃siui testimonia tua in eternum: quia exultatio cordis mei sunt.
Inclina cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternũ: ppter retributionem.
Promittit se detestari malos ppter amorem diuine legis.
Iniquos odio habui: & legẽ tuã dilexi.
Adiutor et susceptor meus es tu: et in verbum tuum supersperani.
Declinate a me maligni: & scrutabor mandata dei mei.
Suscipe me secũdum eloquiũ tuũ & viuã: & non confundas me ab expectatione mea.
Adiuua me et saluus ero: et meditabor in iustificationibus tuis semper.
Spreuisti omnes discedẽtes a iudiciis tuis: quia iniusta cogitatio eorum.
Preuaricantes reputaui oẽs pctõres terre
Confige timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui.
Promittit se omni solicitudine studere ad obseruantiam mandatorum.
Feci iudicium et iusticiam: nõ tradas me calumniãtibus me.

Suscipe seruum tuum in bonum non calũ-
nientur me superbi
Oculi mei defecerunt in salutare tuum: et
in eloquium iusticie tue.
Fac cum seruo tuo secundum misericoꝛdiã
tuam: et iustificationes tuas doce me
Seruus tuus sum ego da michi intellectũ:
vt sciam testimonia tua:
Tempus faciendi domine: dissipauerunt le
gem tuam.
Ideo dilexi mandata tua: super aurum: et
topazion.
Ꝓpterea ad omnia mandata tua dirige-
bar: omnẽ viam iniquam odio habui
Deploꝛat casum maloꝛũ: et est oꝛatio ad
deum: vt non sequatur exempla maloꝛum.
Mirabilia testimonia tua domĩe: ideo
scrutata est ea anima mea.
Declaratio sermonũ tuoꝛum illuminat: ⁊
intellectum dat paruulis.
Os meum aperui ⁊ attraxi spiritum: quia
mandata tua desiderabam.
Aspice in me ⁊ miserere mei: secũdum iudi-
cium diligentium nomen tuum.
Gressus meos dirige secundum eloquium
tuũ: ⁊ non dominetur mei omnis iniustitia.

Redime me a calumnijs hominū: vt custo-
diam mandata tua.
Faciem tuam illumĩa super seruū tuum:
et doce me iustificationes tuas.
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: q̃
non custodierūt legem tuam. ¶ Gaudet de
domo diuine iusticie contra malos.
Iustus es dñe: et rectum iudiciū tuum
Mandasti iusticiã testimonia tua: et
veritatem tuam nimis.
Tabescere me fecit zelus tuus: quia obliti
sunt verba tua inimici mei
Ignitum eloquium tuum vehementer: &
seruus tuus dilexit illud.
Adolescentulus sum ego et contẽptus: iu-
stificacationes tuas non sum oblitus
Iusticia tua iusticia in eternum: et lex tua
veritas.
Tribulatio & angustia inuenerūt me: man
data tua meditatio mea est.
Equitas testimonia tua in eternum: intel-
lectum da michi et viuam.
¶ Orat vt non inualescant cõtra eum per-
secutiones malorum.
Clamaui in toto corde meo exaudime
dñe: iustificationes tuas requiram.

Clamaui ad te saluum me fac: vt custodiã mandata tua.

Preueni in maturitate et clamaui: quia in verba tua superspraui.

Preuenerũt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua

Uocem meã audi secũdũ misericordiã tuã domine: & secũdũ iudiciũ tuum viuifica me.

Appropinquauerunt persequẽtes me iniquitati: a lege autem tua longe facti sunt.

Prope es tu dñe: et omnes vie tue veritas.

Initio cognoui de testimoniis tuis: quia in eternum fundasti ea. ¶ Exponit deo suã humilitatem petẽs exaltari.

Uide humilitatem meam & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.

Iudica iudicium meum & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.

Longe a peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt.

Misericordie tue multe domine: secundum iudicium tuum viuifica me.

Multi qui persequũtur me/ & tribulãt me: a testimoniis tuis non declinaui.

Uidi prenaricantes & tabescebã: quia eloquia tua non custodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi domine in misericordia tua viuifica me.

Principium verborum tuorum veritas: in eternum omnia iudicia iusticie tue.

Edicit se gras cõsequi a pricipib⁹ mundi

Principes persecuti sunt me gratis: et a verbis tuis formidauit cor meum

Letabor ego sup eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.

Iniquitatem odio habui et abominatus sum: legem autem tuam dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi: super iudicia iusticie tue.

Pax multa diligentibus legem tuam: et nõ est illis scandalum.

Expectabã salutare tuum domine: et mandata tua dilexi.

Custodiuit anima mea testimonia tua: et dilexit ea vehementer.

Seruaui mandata tua et testimonia tua: quia omnes vie mee in conspectu tuo.

Petit et promittit deo laudem perpetuã

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo domine: iuxta eloquiũ tuum da michi intellectum.

Intret postulatio mea in cõspectu tuo: se-

cundum eloquium tuum eripe me.
Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iustificationes tuas.
Pronũciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua equitas.
Fiat manus tua vt saluet me: quoniam mãdata tua elegi.
Concupiui salutare tuũ domine: et lex tua meditatio mea est.
Viuet anima mea & laudabit te: et iudicia tua adiuuabunt me.
Errraui sicut ouis que perijt: quere seruum tuũ dñe quia mandata tua nõ sum oblitus.
Requiẽ eternaz dona eis dñe, &c. Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Aue maria gratia. Psalmus. cxxxviij. in quo monet a deo non esse fugiendum.
Domine probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meã et resurrectionem meam
Intellexisti cogitatiões meas de longe: semitam meã et funiculum meuz inuestigasti.
Et omnes vias meas prouidisti: quia nõ est sermo in lingua mea.
Ecce domine tu cognouisti omnia nouissima et antiqua: tu formasti me & posuisti su-

per me manum tuam.
Mirabilis facta est scientia tua ex me:confortata est & non potero ad eam.
Quo ibo a spũ tuo & quo a facie tua fugiaz.
Si ascendero in celum tu illic es:si descendero ad infernum ades.
Si sumpsero pennas meas diluculo:et habitauero in extremis maris.
Etenim illic manus tua deducet me:& tenebit me dextera tua.
Et dixi forsitan tenebre cõculcabunt me:& nox illuminatio mea in deliciis meis.
Quia tenebre non obscurabuntur a te/ et nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita & lumen eius.
Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris mee.
Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es:mirabilia opera tua & anima mea cognoscet nimis.
Nõ est occultatũ os meũ a te qõ fecisti i occulto:& substãtia mea in inferioribus terre.
Imperfectum meũ viderunt oculi tui:& in libro tuo omnes scribentur:dies formabuntur & nemo in eis.
Michi autem nimis honorificati sunt amu-

ci tui deus: ninis confortatus est principa-
tus eorum.

Dinumerabo eos et super arenã multipli-
cabuntur: exurrexi & adhuc sum tecum.

Si occideris deus peccatores: viri sangui-
num declinate a me

Quia dicitis in cogitatione: accipiãt in va-
nitate ciuitates suas.

Nonne qui oderunt te domine oderam: et
super inimicos tuos tabescebam.

Perfecto odio oderã illos: inimici facti sunt
michi.

Proba me deus et scito cor meum: interro-
gã me et cognosce semitas meas.

Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc
me in via eterna

Requiem eternã dona eis dñe: et lux perpe
tua luceat eis. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe
aias eorũ. ℣. Credo videre bona dñi. ℟. In
terra viuẽtium. Dñe exaudi orationẽ meã
Et clamor meus ad te veniat

Vbi dñe cõmendamus animãfamuli
tui. N. et aiam famulor famularũq;
tuarũ vt defuncti seculo tibi viuant: & que p
fragilitatẽ mũdane conuersationis peccata
admiserũt tu venia misericordissime pieta-

tis absterge. Per xpm dñm nostrum. Amen
Requiescant in pace. Amen. Pater. Aue ma
¶ Pius the.ij. pope of rome hath graunted
to all them that say thys prayer folwynge
for the saluacion of all cryſten ſoulis totiēs
quotiens a hondreth days of pardon. And
also Johānes the.iiij. pope hath graundas
many days of pardon as ther bebodys of
cryſten people beryed. Pr nr. Aue ma. Dēo.

MIſerere domine animabus que ſin-
gulares apud te non habent inter-
ceſſores quibus conſolatio non in tormen-
tis neq; ſpes vlla niſi quod ad ymaginem et
ſimilitudinem tuam create ſunt que anti-
quitate vel paupertate aut negligentia in
obliuionem parentum ſeruorū tuorum tra-
dite ſunt quarum primus/ ſeptimus/ trice-
ſimus/ aut anniuerſarius dies nunc̄ cele-
bratur: parce eis domine/ et defende plaſ-
ma tuum: libera eas a cruciatu et tormen-
tis: porrige eis dexteram tuam: et perduc-
eas in locum refrigerii lucis et pacis. Per
eum qui venturus eſt iudicare viuos et mor
tuos. Pater noſter. Aue maria gratia plena
dominus tecū. Credo. ¶ Wan ye enter in to
the church yarde ſay thys prayer.

SAluete vos oēs fideles anime quarum coꝛpoꝛa hic et vbiq; requieſcunt in pūlucre domun⁹ noſter Jeſus chriſtus qui vos et nos redemit ſuo pꝛecioſiſſimo ſangui ne dignetur vos a penis liberare/et cetui angelozum aggregare ibiq; noſtri memoꝛes p nobis ſuppliciter exoꝛate: vt ꝫ vobis aſſociemur/et in celis vobiſcū cozonemur. Amen.

Cwan ye goe onte ok the chyrch yarde ſay thys pꝛayer.

VAlete vos oēs fideles anime que iacetis in gremio terre longe lateq; benedicat vos ſol iuſticie: ꝫ claritate ſui luminis vos perfrui faciat ſine fine. Amē. Oꝛemus.

REſpice queſumus omnipotens deus: ſuper animas famulozū famularūq; tuarum et omniū fidelium defunctozum/et omniū chriſtianozum pꝛo quibus ſaluandis nudus et expanſis manibus in cruce pependiſti. ꝫ quinq; vulnera pertuliſti: ꝫ amaram moꝛtem ſubire voluiſti. Qui viuis ꝫ regnas deus. Per omnia ſecula ſeculozum. Amen. Pater noſter. Aue maria gratia plena dominus tecum. Credo.

Cpſalmus. xxi. in quo agitur de paſſione ꝫ reſurrectione chriſti.



Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti: longe a salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diē & nō exaudies: & nocte et nō ad insipientiam mihi: Tu autē in sctō habitas: laus israel.

In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt & liberasti eos.

Ad te clamauerunt & salui facti sunt: in te sperauerunt et non sunt confusi.

Ego autem sum vermis & non homo: opprobrium hominum et abiectio plebis

Omnes videntes me deriserunt me: locuti sunt labiis & mouerunt caput.

Sperauit in domino eripiat eū: saluum faciat eum quoniam vult eum.

Quoniam tu es deus qui extraxisti me de ventre spes mea ab vberibus matris mee: in te proiectus sum ex vtero.

De ventre matris mee deus meus es tu

ne discesseris a me.

Quoniã tribulatio proxima est/ et non est qui adiuuet.

Circundederũt me vituli multi:tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suũ:sicut leo rapiens et rugiens.

Sicut aqua effusus sum:et dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tanq̃ cera liquescẽs in medio ventris mei.

Aruit tanq̃ testa virt⁹ mea et lingua mea adhesit faucibus meis: et in puluerem mortis deduxisti me.

Quoniam circũdederunt me canes multi: consilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas et pedes meos:dinumerauerunt omnia ossa mea

Ipsi vero considerauerunt et inspexerunt me/diuiserunt sibi vestimenta mea:et super vestem meam miserunt sortem.

Tu autẽ domine ne elõgaueris auxilium tuum a me:ad defensionem meam conspice.

Erue a framea deus animam meam: et de manu canis vnicam meam.

Salua me ex ore leonis: et a cornibus vni-

cornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te
Qui timetis dominū laudate eum: vniuersum semen iacob glorificate eum.
Timeat eū omne semen israel: qm̄ nō sprevit neq; despexit deprecationem pauperis:
Nec auertit faciem suam a me: et cum clamarem ad eum exaudiuit me.
Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.
Edent pauperes et saturabunt et laudabunt dominū qui requirunt eū viuent corda eorum in seculum seculi.
Reminiscentur & conuertentur ad dominū vniuersi fines terre
Et adorabunt in conspectu eius: vniuerse familie gentium.
Qm̄ dñi est regnū: et ipse dñabitur gentiū.
Manducauerunt & adorauerūt omnes pingues terre: in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.
Et anima mea illi viuet: et semen meū seruiet ipsi.
Annunciabitur domino generatio ventura: et annūciabunt celi iusticiā eius populo

qui nascetur quē fecit dominus. Psalmus. xxiij. in quo agitur de misericordia dei.

DOminus regit me et nichil michi deerit: in loco pascue ibi me collocauit.
Super aquā refectionis educauit me: animam meam conuertit.
Deduxit me super semitas iusticie propter nomen suum.
Nam ⁊ si ābulauero in medio vmbre mortis: nō timebo mala quoniam tu mecum es.
Virga tua ⁊ baculus tuus: ipsa me consolata sunt.
Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meum: et calix meus inebrians q̄ preclarus est.
Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vite mee
Et vt inhabitem in domo domini: in longitudinem dierum.

Psalmus. xxiiii. in quo monet de glorificatione et hominis reparatione.

DOmini est terra et plenitudo eius orbis terrarū: ⁊ vniuersi q̄ habitāt in eo.
Quia ipse super maria fundauit eum: et super flumina preparauit eum.

Quis ascēdet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius.

Innocens manibus et mūdo corde: qui nō accepit in vano animam suam: nec iurauit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a domino: & misericordiam a deo salutari suo.

Hec est generatio querentium eum: querentium faciem dei iacob.

Attollite portas principes vestras & eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie:

Quis est iste rex glorie: dominꝰ fortis & potens dominus potens in prelio.

Attollite portas vestras & eleuamini porte eternales: & introibit rex glorie

Quis est iste rex glorie: dominus virtutum ipse est rex glorie. Psalmus. xxiiij. in quo docet vir iustus in aduersis non murmurare: sed diuinum expectare adiutorium

Ad te domine leuaui animā meā: deus meus in te confido non erubescam

Neq; irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinent te non confundentur

Cōfundant oēs iniqua agētes. supuacue.

Vias tuas domine demonstra michi: et semitas tuas edoce me.

Dirige me ī veritate tua ⁊ doce me quia tu es deus saluator meus: ⁊ te sustinui tota die.

Reminiscere miserationū tuarū dñe: et misericordiarū tuarū que a seculo sunt.

Delicta iuuentutis mee. et ignorātias meas ne memineris.

Secundum misericordiā tuā memēto mei tu: propter bonitatem tuam domine.

Dulcis et rectus dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.

Uniuerse vie dñi misericordia et veritas requirētibus testamētū eius ⁊ testimonia eius.

Propter nomen tuū domine propiciaberis peccato meo: multum est enim

Quis est homo qui timet dominum: legem statuit ei in via quam elegit.

Anima eius in bonis demorabitur: et semē eius hereditabit terram.

Firmamētū est dominus timētibus eum: et testamentū ipsius ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad dominū quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.

Respice in me et miserere mei: quoniā vnicus et pauper sum ego

Tribulationes cordis mei multiplicate sunt de necessitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meã & laborem meũ: et dimitte vniuersa delicta mea.

Respice inimicos meos quoniã multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me.

Custodi animã meã et erue me: non erubescam quoniam speraui in te.

Innocẽtes et recti adhesserunt michi: quia sustinui te.

Libera deus israel: ex omnibus tribulationibus suis. Psalm⁹. xxv. in quo orat iustus a conforcio malorum separari.

Iudica me domine quoniã ego in innocentia mea ingressus sum: & in domino sperans non infirmabor.

Proba me domine et tempta me: ure renes meos et cor meum.

Quoniã misericordia tua ante oculos meos est: & complacui in veritate tua.

Non sedi cum consilio vanitatis: et cum iniquã gerentibus non introibo.

Odiui ecclesiam malignantium: et cum impijs non sedebo.

Lauabo inter innocentes manus meas: & circundabo altare tuum domine.

Ut audiam vocem laudis: & enarrem vniuersa mirabilia tua.

Domine dilexi decorem domus tue: et locum habitationis glorie tue

Ne perdas cum impijs deus animā meā: & cum viris sanguinum vitam meam

In quorū manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus

Ego autē in innocētia mea ingressus sum: redime me & miserere mei.

Pes meus stetit in directo: in ecclesijs benedicā te dñe. Psalm. xxvi. in quo vir iustus petit a deo gratiam vt prevaleat contra hostes spirituales: & vt perueniat ad regnum

Dominus illuminatio mea: et salus meaquem timebo.

Dñs protector vite mee: a quo trepidabo

Dum appropiant super me nocentes: vt edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt.

Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me prelium: in hoc ego sperabo.

Unam petij a dño hanc requiraz: vt inha-

bitem in domo dñi oībus diebus vite mee.
Ut videā voluntatē dñi: & visitē tēplū eius.
Quoniaz abscondit me in tabernaculo suo:
in die malozum protexit me / in abscondito
tabernacnli sui.
In petra exaltauit me: & nūc exaltauit ca-
put meum super inimicos meos.
Circuiui & immolaui tabernaculo eius: & ho
stiā vociferationis cātabo & psalmū dicā dño
Exaudi domine vocem meā qua clamaui
ad te: miserere mei et exaudi me.
Tibi dixit coz meum exqsiuit te facies mea
faciem tuam domine requiram
Non auertas faciē tuam a me: ne declines
in ira a seruo tuo.
Adiutoz meus esto ne derelinquas me: neq;
despicias me deus salutaris meus.
Quoniam pater meus & mater mea dereli-
querunt me: dominus autē assumpsit me.
Legem pone michi dñe in via tua / & dirige
me in semita recta: propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulātium
me / quoniam insurrexerūt in me testes iniq;
qui: & mentita est iniquitas sibi.
Credo videre bona dñi: in terra viuentiuz.
Expecta dñm viriliter age: confortetur coz

tuū & sustine dñm. Psalm⁹. xxvij. in quo est vox xpi homis de passiōe & resurrectiōe sua.
AD te domine clamabo deus meus ne sileas a me: nequando taceas a me & assimilabor descendentibus in lacum.
Exaudi domine vocem deprecationis mee dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.
Ne simul tradas me cū peccatoribus: & cū operantibus iniquitatem ne perdas me.
Qui loquūtur pacē cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum.
Da illis secundum opera eorum. et secundum nequitiam adinuentionū ipsorum.
Secundum opera manuum eorū tribue illis redde retributionem eorum ipsis.
Quia nō intellexerūt opera dñi et in opa manuū eius: destrues illos & nō edificabis eos.
Benedictus dominus: quoniam exaudiuit vocem deprecationis mee.
Dominus adiutor meus et protector meus: & in ipso sperauit cor meū & adiutus sum.
Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.
Dominus fortitudo plebis sue: & protector saluationum christi sui est

Saluū fac populū tuū dñe: et benedic hereditati tue: et rege eos et extolle illos vsq; i eternum. ps xxviij. in quo monet fidelis afferre spirituales hostias deo.

Afferte domino filij dei: afferte domino filios arietum.

Afferte domino gloziam & honorē/ afferte domino gloziam nomini eius: adorate dominum in atrio sancto eius.

Uox domini super aquas deus maiestatis intonuit: dominus super aquas multas.

Uox dñi in virtute vox dñi in magnificētia

Uox domini confringentis cedros: et confringet dominus cedros libani.

Et cōminuet eos tanq̄ vitulū libani: et dilectus quēadmodum filius vnicornium.

Uox dñi intercedētis flammas ignis vox domini concutientis desertum et commouebit dominus desertum cades.

Uox domini preparantis ceruos et reuelabit cōdensa: et in tēplo eius oēs dicent gloziā

Dominus diluuium inhabitare facit et sedebit dominus rex in eternum.

Dominus virtutem populo suo dabit dominus benedicet populo suo in pace.

ps. xxix. in quo agitur de resurrectione xpi.

Exaltabo te dñe quoniã suscepisti me:
nec delectasti inimicos meos sup me.
Dñe deꝰ meꝰ clamaui ad te: et sanasti me.
Domine eduxisti ab inferno animã meam
salvasti me a descendentibus in lacum.
Psallite dño oñs sãcti eius: et confitemini
memorie sanctitatis eius.
Quoniam ira in indignatione eius et vita
in voluntate eius.
Ad vesperũ demorabitur fletꝰ: & ad matu
tinum letitia.
Ego autem dixi in abundantia mea: non
mouebor in eternum.
Domine in voluntate tua: prestitisti deco=
ri meo virtutem.
Auertisti faciem tuam a me: & factus sum
conturbatus.
Ad te domine clamabo: et ad deum meum
deprecabor.
Quis utilitas in sanguine meo dum descen
do in corruptionem:
Numquid confitebitur tibi pulvis: aut an
nunciabit veritatem tuam:
Audiuit dominus et misertus est mei: do=
minus factus est adiutor meus.
Conuertisti planctũ meũ in gaudiũ michi:

ecciditti sacco meo et circũdiditti me leticia
Et cantet tibi gloria mea ne cõpungar
dñe deus meus in eternum confitebor tibi.
Ps.xxx.in quo monetur iustꝰ ne de se presu-
mat: sed in dei misericordia sperat.
In te domine speraui non confundar
in eternum: in iusticia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuam: accelera vt
eruas me.
Esto michi in deum protectorem: et in do-
mum refugij vt saluum me facias.
Quoniam fortitudo mea et refugium me-
um es tu: et propter nomen tuum deduces
me et enutries me.
Educes me de laqueo quem absconderunt
michi: quoniam tu es protector meus.
In manus tuas commẽdo spiritum meũ
redemisti me domine deus veritatis. amẽ.
Christus factus est pro nobis obediens vsq;
ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis. ℣. Ora pro no
bis sancta dei genitrix. ℟. Ut digni efficia-
mur promissionibus xpi. ℣ Valde honoran
dus est beatus iohannes. ℟m. Qui supra
pectus dñi in cena recubuit. Oratio
Respice quesumus dñe super hanc fa-
miliã tuam pro qua dñs noster iesus

christus non dubitauit manibus tradi nocentium: et crucis subire tormentum.
Interueniat pro nobis domine iesu christe apud tuã clementiã nunc et in hora mortis nostre gloriosa virgo maria sanctissima mater tua cuius sacratissimã animã in hora passionis tue doloris gladius pertransiuit.
Beati iohannis apostoli tui et euangeliste quesumus domine deus noster nũc & in hora mortis nostre iugiter cõmendet oratio / qui in cruce moriẽs matrẽ tuã virginẽ Vgini cõmendasti. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.
O gloriosa passio domini nostri iesu christi eruat nos a dolore tristi: & perducat nos ad gaudia paradisi. Amen.
Benedictum sit dulce nomẽ domini nostri iesu christi et gloriose virginis marie matris eius in eternum et vltra. Amen.
Nos cũ prole pia bñdicat Vgo maria Amẽ
Sãcte et individue trinitati iesu christe crucifixi hũanitati / gloriose marie virgini sit sempiterna gloria ab omni creatura per infinita seculorum secula. Amen. Pater noster. Aue maria.
Aue benigne iesu gratia plenus mise

ricordia tecum. Benedicta passio mors & vul
nera tua: et benedictus sanguis / vulnerum
tuorum domine / miserere michi peccatori.
Dulcissime domine da michi cor mundum
contritum quietum patiens et humile: castū
corpus obediens et stabile semper in tuis ob=
sequijs mancipatum. Pater noster. Aue ma.
¶ Beatus hieronymus in hoc modo dispo=
nit hoc psalterium vbi angelꝰ dñi docuit eū
per spm sanctum. Porro ppter hoc abbreuia
tum est q hi qui sollicitudinē habent / vel qui
in ifirmitate iacent / aut q in opibꝰ occupan=
tur vel iter agunt vel lōgiquā viā seu p ma=
re nauigāt / aut q bellū contra hostes cōmit=
tunt seu cōtra inuidiā dyabolorū q militant
cōtra aias xpianorꝫ assidue / aut qui verū vo
tum vouerūt deo quotidie psallere psalteriū
integrū & minime possunt hoc facere: vel qui
ieiunāt fortiter & debilitatē habēt / & pro his
qui festa solennia custodiūt eo q minime pos
sūt psalteriuz canere illud. Unū quēq ergo
ex his quos superius dixmus si volunt ani=
mā suam saluā facere et vitā eternam habe=
re assidue oportet canere hoc psalterium et
possidebunt regnum dei. Amen.
¶ Psalterium beati hieronymi



Verba mea auribꝰ percipe dñe: ītellige clamorē meū
Intēde voci orationis mee: rex meus ⁊ deus meus.
Dñe ne in ira tua arguas me: neq; in furore tuo corripias me.
Miserere mei dñe qm infirmus sum: sana me dñe quoniā conturbata sunt ossa mea.
Et aīa mea turbata est valde: sz tu dñe vsq;
Conuertere dñe et eripe animā (quequo.
meā: saluū me fac ꝓpter misericordiā tuā.
Respice et exaudi me: domine deus meus.
Illumina oculos meos ne unq; obdormiā in morte.
Perfice gressus meos in semitis tuis: vt nō moueantur vestigia mea.
Ego clamaui / quoniam exaudisti me deus: inclina aurē tuam michi ⁊ exaudi verba mea.
Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te.
Custodi me domine vt pupillam oculi sub vmbra alarum tuarum protege: me a facie impiorum qui me afflixerunt.
Ab occultis meis munda me domine: ⁊ ab alienis parce seruo tuo.
Tu autem domine ne longe facias auxiliū

tuum a me: ad defensionem meam conspice.
Erue a framea deus animam meam: et de manu canis vnicam meam.
Salua me ex ore leonis: et a cornibus vnicornium humilitatem: meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te.
Vias tuas dñe notas fac michi: & semitas tuas doce me: & dirige me in veritate tua:
Memento miserationū tuarum domine: & misericordie tue que a seculo sunt.
Delicta iuuētutis mee: & ignorantias meas ne memineris dñe.
Secundum misericordiā tuam memor esto mei: propter veritatem tuam domine.
Propter nomen tuum domine propiciaberis peccato meo: multum est enim.
Vide humilitatem meā & laborem meū et: dimitte omnia peccata mea.
Ne perdas cum impijs deus animā meā: et cum viris sanguinum vitam meam.
Exaudi domine vocem meam qua clamami ad te miserere mei & exaudi me.
Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo.
Adiutor meus esto domine ne derelinquas

me neqz despicias me deus salutaris meus
Dlegem pone michi dñe in via tua/et dirige
me in semita recta: propter inimicos meos
Dne tradideris me in animas tribulantiuz
me: quoniam insurrexerunt in me.
Ad te domine clamabo deus meus ne sileas
a me ne vnq̃ discedas a me: et ero similis de
scendentibus in lacum.
Exaudi domine vocem deprecationis mee
dum oro ad te: dum extollo manus meas ad
templum sanctum tuum.
Dne simul tradas me cum peccatoribus: et
cum operantibus iniquitatẽ ne perdas me.
Salvum fac populum tuum domine: et be-
nedic hereditati tue: et rege eos et extolle il-
los vsqz in eternum.
In te domine speraui nõ confundar in eter
num: in iusticia tua libera me.
Inclina ad me aurẽ tuam: accelera vt eru-
as me:
Esto michi in deum protectorem: et in do-
mum refugij: vt saluum me facias.
In manus tuas dñe: cõmendo spiritũ meũ
Libera me et eripe me: de manibus inimi-
corum meorum.
Illumina faciem tuam super seruũ tuum:

salùum me fac in misericordia tua domine:
non confundar quoniam inuocaui te.
Fiat misericordia tua domine super nos:
quēadmodum sperauimus in te.
Benedicam dominum in omni tempore:
semper laus eius in ore meo.
In domino laudabitur anima mea: audiant mansueti et letentur.
Magnificate dominum mecum: et exaltemus nomen eius in idipsum.
Iudica domine nocentes me: expugna impugnantes me.
Apprehende arma et scutum: exurge in adiutorium michi.
Ne sileas domine ne discedas a me exurge et intende iudicium meum: deus meus et dominus meus in causam meam.
Iudica me scōm iusticiā meā: dñe deꝰ meus
Quetende domine misericordiā tuā scientibꝰ te: et iusticiā tuam his qui recto sunt corde.
Non veniat michi pes superbie: et manus pectatoris non moueat me.
Exaudi orationē meā dñe / et deprecationē meā: auribus percipe lachrymas meas.
Ne sileas quoniam aduena ego sum apud te / et peregrinus sicut omnes patres mei: re

mitte michi vt refrigerer priusq; abeam/et amplius non ero.

Tu autē domine ne longe facias auxilium tuum a me: misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circundederunt me mala quorū non est numerus: comprehenderunt me iniquitates mee & non potui vt viderem.

Multiplicati sunt sup capillos capitis mei: et cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi domine vt eruas me: domine in auxilium meum respice.

Ego vero egenus et pauper sum: domine curam habe mei.

Adiutor meus & protector meus es tu: deus meus ne tardaueris.

Ego dixi domiē miserere mei: sana animam meam quia peccaui tibi.

Exurge quare obdormis domine: exurge & ne repellas in finem.

Quare faciem tuam auertis: obliuiscēris inopie nostre & tribulationis nostre.

Exurge domine, adiuua nos: et libera nos propter nomen tuum.

Miserere mei deꝰ: scōm magnā mīaz tuam.

Et secundum multitudinem miserationum

tuarum dele iniquitatem meam.
Et multum laua me ab iniusticia mea: et a delicto meo munda me
Auerte faciem tuã a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis.
Ne proijcias me a facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas a me.
Redde michi leticiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me.
Domine labia mea aperies: et os meũ annunciabit laudem tuam.
Deus in nomine tuo saluum me fac: in virtute tua iudica me.
Deus exaudi oracionez meã: auribus percipe verba oris mei.
Quoniã alieni insurrexerunt in me et fortes quesierũt animã meã: et non proposuerunt deum ante conspectum suum.
Exaudi deus oracionem meam & ne despexeris deprecationem meam: intende in me & exaudi me.
In deo laudabo verbum in domino laudabo sermonem in deo speraui: nõ timebo quid faciat michi homo.

In me sunt deus vota tua: que reddã laudationes tibi.

Quoniam eripuisti animam meã de morte/& pedes meos a lapsu: vt placeam coram deo in terra viuentium

Miserere mei deus miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.

Et in vmbra alarum tuarum sperabo: donec transeat iniquitas.

Eripe me de operantibus iniquitatem: de viris sanguinum salua me.

Quia ecce ceperunt animam meam: irruerunt in me fortes.

Ego vero oratione meam ad te domine: tempus beneplaciti deus.

In multitudine misericordie tue: exaudi me in veritate salutis tue.

Salua me a luto vt non inheream: libera me ex odientibus me et de profundo aquarũ

Non me demergat tẽpestas aque neq; absorbeat me profundũ: neq; vrgeat super me puteus os suum.

Exaudi me domine quoniã benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Intende anime mee et libera eam: propter

inimicos meos eripe me.
Deus in adiutoꝛium meum intende: domine ad adiuuandum me festina.
Ego vero egenus et pauper sum: deus adiuua me
Adiutoꝛ meus et liberatoꝛ meus esto: domine ne tardaueris.
In te domine speraui non cõfundar i eternum: in iusticia tua libera me et eripe me.
Inclina ad me aurem tuam: et salua me.
Esto michi in deum pꝛotectoꝛem et in locũ munitum vt saluum me facias.
Deus meus eripe me de manu peccatoꝛis et de manu contra legem agentis et iniqui.
Repleat os meũ laude: vt possim cantare gloꝛiam tuã: tota die magnitudinẽ tuam.
Ne pꝛoiicias me in tẽpoꝛe senectutis mee: cũ defecerit virtus mea ne derelinquas me.
Deus ne elongeris a me: deus meus in auxilium meum respice
Ego autem in te sperabo: et adijciã super omnem laudem tuam.
Ne tradas bestijs aiascõfitentium tibi et aias pauperũ tuoꝛũ ne obliuiscaris in finẽ.
Respice i testamẽtum tuũ: qa repleti sunt qui obscurati sũt terre domib⁹ iniquitatum

Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriã nois tui dñe libera nos / et propitius esto peccatis meis propter nomen tuũ.

Excita potentiam tuam & veni: vt saluos facias nos.

Domine deus virtutum conuerte nos: et ostende faciem tuam et salui erimus

Conuerte nos de⁹ salutaris noster et auerte iram tuam a nobis.

Nunquid in eternum irascaris nobis: aut extendes iram tuã a generatiõe & pgenie.

Deus tu cõuersus viuificabis nos & plebs tua letabitur in te.

Ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis.

Inclina domine aurẽ tuam et exaudi me: quoniam egenus et pauper sum ego

Custodi aiam meã qm̃ peccatorꝰ sũ: saluum fac seruum tuum deus meus sperantẽ in te

Miserere mei domine quoniã ad te clamaui tota die / letifica aiam serui tui: quoniam ad te domine animam meam leuaui.

Et tu domine de⁹ miserator et misericors patiens et multe misericordie et verax.

Respice ī me et miserere mei da imperium puero tuo et saluum fac filium ancille tue.

Fac mecum signum in bonū vt videant q̄ oderunt me et confundantur: quoniam tu domine adiuuisti et consolatus es me.
Domine deus salutis mee in die clamaui ad te: et nocte coram te.
Intret oratio mea in conspectu tuo: inclina aurem tuam ad precem meam.
Vbi sunt misericordie tue antique domīe sicut iurasti dauid in vita tua.
Memor esto dñe oppropriij seruorū tuorum: quod cōtinui in sinu meo multarum gentium
Conuertere domine vsq; quo: et deprecabilis esto super seruos tuos.
Et sit splendor domini dei nr̄i super nos et opera manuum nostrarum dirige super nos et opus manuum nostrarum dirige.
Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuam a me: in quacūq; die tribulor inclina ad me aurem tuam.
In quacunq; die inuocauero te: velociter exaudi me.
Et ne educas me in dimidio dierum meorū: in generatione et generationē anni tui.
Et tu domine fac mecum propter nomen tuum: quoniam suauis est misericordia tua.

Domine libera me quia egenus et pauper sū ego: et cor meū conturbatū est intra me.

Sicut vmbra cum declinat ablatus sum et excussus sum sicut locusta.

Adiuua me domine deus meus: et salua me propter misericordiam tuam

Retribue seruo tuo viuifica me et custodiā sermones tuos.

Reuela oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua

Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.

Increpasti superbos maledicti qui dēclināt a mandatis tuis.

Aufer a me opprobrium et contemptum: quia testimonia tua exquisiui.

Etenim sederunt principes et aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.

Uiam iniquitatis amoue a me: et de lege tua miserere mei.

Uiā ueritatis elegi: iudicia tua nō sū oblit⁹

Deduc me in semita mandatorum tuorū: quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimonia tua: et nō in auariciam.

Auerte oculos meos ne videant vanitatē: in via tua viuifica me.

Statue seruo tuo eloquiū tuū: ī timore tuo

Bonitatem ⁊ disciplinam ⁊ scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.

Bonus es tu: ⁊ in bonitate tua doce me iustificationes tuas.

Fiat misericordia tua vt consoletur me: secundum eloquium tuum seruo tuo.

Veniant michi miseratiōes tue et viuam: quia lex tua meditatio mea est.

Fiat cor meū immaculatum in iustificationibus tuis: vt non confundar.

Humiliatus sum vsq; quaq; domine: viuifica me secundum verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: et iudicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper: ⁊ legem tuam non sum oblitus.

Sulcipe me secundū eloquiū tuū et viuam: et non cōfundas me ab expectatione mea.

Adiuua me et saluus ero: et meditabor in iustificationibus tuis semper.

Fac cum seruo tuo secūdum misericordiam

tyam:et iustificationes tuas doce me.
Seruus tuus sum ego da michi intellectū: vt sciam testimonia tua.
Respice in me & miserere mei secūdum iudicium diligentium nomen tuum.
Gressus meos dirige secunduz eloquiū tuū: & non dominetur mei omnis iniusticia.
Redime me a calumniis hominū:vt custodiam mandata tua.
Faciem tuam illumina super seruū tuum et doce me iustificationes tuas.
Uide humilitatem meā & eripe me:quia legem tuam non sum oblitus.
Iudica iudiciū meū et redime me: propter eloquium tuum viuifica me.
Appropīquet deprecatio mea in conspectu tuo dñe:iuxta eloquiū tuū da michi intellectū.
Intret oratio mea in conspectu tuo domine: secundum eloquiū tuum eripe me.
Eructabunt labia mea hymnū:cū docueris me iustificationes tuas.
Annunciabit lingua mea eloquium tuum quia omnia mandata tua equitas.
Fiat manus tua vt saluuz me faciat:quia mandata tua elegi.
Concupi ui salutare tuum domine: et lex

tua meditatio mea est.
Uiuet anima mea & laudabit te:et iudicia tua adiuuabunt me.
Errraui sicut ouis que periit: quere seruum tuū dñe q; mādata tua nō sum oblitus
Miserere nobis dñe miserere nobis: q; multum repleti sumus contemptione.
Benefac domine bonis et rectis corde.
Conuertere domine captiuitatem nostrā: sicut torrens in austro.
De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendētes:in vocē deprecationis mee.
In quacūq; die inuocauero te exaudi me multiplicabis in anima mea virtutem.
Pone domine custodiam ori meo.et ostium circunstantie labiis meis.
Non declines cor meū in verba malicie: ad excusandas excusationes in peccatis.
Intende ad deprecationem meā: quia humiliatus sum nimis.
Eripe me de persequentibus me: quoniam prevaluerunt super me.
Educ de custodia animaz meam :ad confitendum nomini tuo.

Domine exaudi orationem meā auribus percipe obsecrationem meā: in veritate tua exaudi me in tua iusticia.

Et non intres in iudiciū cū seruo tuo: quia nō iustificabitur in conspectu tuo oīs viuēs.

Quia persecutus est inimicus meus aīam meā: humiliauit in terra vitam meam.

Velociter exaudi me dñe: defecit spūs meus

Ne auertas faciem tuam a me: et ero similis descendentibus in lacum.

Auditam fac michi mane misericordiam tuam: quia in te speraui.

Notam fac michi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animā meā

Eripe me de inimicis meis domine ad te cōfugi doce me facere voluntatem tuam: quia deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectam propter nomē tuum domine: viuificabis me in iusticia tua

Et educes de tribulatione animā meā: et in mia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulāt animā meam: quia ego seruus tuus sum.

Gloria patri ⁊ filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in principio. ⁊c. Oremus.

DOna mihi queso oipotens deus: vt per hāc sacrosanctā psalteriy celestis melodiam aia mea saginet. Dona vt leo rugiens ab infirma oue superet. Dona vt per tuā gratiā violentissimus spiritꝰ a debilissima carne vincat. Dona vt ille qui de celo cecidit hic me pugnāte subdat. Dona vt si potestatē eiꝰ ad tēpꝰ tua ymissione patimur / nequaꝯ eius insatiabilibꝰ faucibus sorbeamur. Fac illum tristē de humana salute qui de offensione nostra semper exultat. Fac me tuis semp laudibꝰ vacare: et ad tuā qñqꝫ dulcedinē misericorditer puenire. Qui viuis et regnas deꝰ. Per oīa secula seculorū. Amen.

¶ Oratio ad sanctum Hieronymum.

AVe amatoꝛ ꝯ famose hieronyme gloriose Magnus amatoꝛ xpi: doce nos bene viuere: deū vere diligere vt in libris scripsisti. O amatoꝛ castitatis / tenēs vitā puritatis / coꝛdis per mundiciā. Fac nos coꝛpus castigare / proꝛ peccatis qꝫ ploꝛare: diuinā per gratiā Emuli te clamabāt / sed nequaꝯ superabāt per impatientiā. Ob amoꝛē iesu christi / fac implere quod fecisti: nos per indulgentiam. ℣. Oꝛa proꝛ nobis glorioſe hieꝛonyme. ℟. Vt deū diligamꝰ coꝛde oꝛe et opere. Oꝛemꝰ.

Hore de nomine Jesu.

DEus q̄ gl̄iosū ꝯfessorē tuū hieronymū multis diuersarū nationū līguis peritū: sacre biblie trāslatorē esse magna ex pte voluisti: ⁊ ecclesie tue doctorē luminosū fecisti: pr̄esta quesum⁹ nobis x̄pīanis ⁊oībus in mundo creaturis rationis capacibus: vt ei⁹ doctrinā et exempla bonevite sequentes ī te fideliter credamus: mentis mūdiciā teneamus te toto corde diligam⁹: pro inimicis ex corde vero p̄eces fundamus: ⁊ in his pseuerantes te doctore te duce: ad te ī celum perueniamus. Per chr̄istum dominū nostrum. Amen. Pater noster. Aue maria. Credo

LL

Incipiunt hore dulcissimi nominis Jesu Salutem mentis et corporis dōnet nobis Jesus sapientia patris. Amen.



DOmine labia. mea aperies Et os meum ānūciabit laudem tuam

DEus in adiutorīū meum intēde.

DOmine ad adiuuandū me festina. Gl̄oria patri et filio et spīritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorū amen. Jnuitatorium. Eterne sapientie fontē adoremus. Et pro gloria nois Jesu deuote iubilem⁹. ps. Uenite exultem⁹. Et dicitur primus versus psalmi tantum cum Gloria patri et filio. Hymnus

Iesu dulcis memoria dans vera cordis gaudia: sed super mel et omnia/ dulcis eius presentia.

Nil canitur suauius/ auditur nil iocundius nil cogitatur dulcius: q̄ iesu dei filius.

Iesu spes penitentib⁹/ q̄ pius es petētibus q̄ bonus es querentib⁹/ sed q̄d inuenientibus Eterna sapientia: tibi patriq; gloria cū spū paraclito per infinita secula. Amen. ps. lxv. in quo inuitat homines ad laudem dei p. o beneficiis.

Iubilate deo oīs terra: psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. Dicite deo q̄ terribilia sunt opera tua: domine in multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te deus et psallat tibi psalmum dicat nomini tuo:

Gloria patri. As. Sapientia edificauit sibi domū/ excidit sibi columnas septē subdidit si-

di gẽtes: superbozũq; et sublimiũ colla ppria virtute calcauit. ℣. Ego autẽ in dño gaudebo. ℟. Et exultabo in Jesu deo meo. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Jube dñe benedicere. Sapientia patris depellat cuncta aduersantia nobis. Amen. Lectio. i.

SApientia eterna/splendoz glozie: etfigura substãtie pris: qui vniuersa de nichilo creasti: et vt hoiem ad gaudia reduceres in hãc vallẽ miserie descendisti: eiq; viã redeũdi per tuã dulcissimã cõuersationẽ demonstrasti: et pro satisfactione cunctozũ tã q̃ agnus innocens patri in cruce immolari voluisti: aperi per tuã pzecioſam mozteꝫ cozmeũ vt te regẽ regũ & dñm dñantiũ oculis integre fidei sẽper aspiciã Pone me in tuis vulneribus pzophetam: in tuis stigmatibus sapiẽtiã vt viteri⁹ in te solo caritatis libzo et mozte tua pzoficiã et oĩbus vitalibus deficiam: ita vt ego iam non ego: sed tu in me: & ego in te indissolubili vinculo amozis eternaliter maneamus. Tu autẽ dñe: miserere nostri. Deo gratias ℟. Emitte dñe sapientiã de sede magnitudinis tue. Vt mecũ sit et mecũ laboꝛet vt sciam quid acceptum sit coram te omni tempoze. ℣. Da michi dñe sedi-

um tuaꝝ assistricẽ sapiẽtiã. Ut mecum sitꝫ mecum laborꝫet vt sciam quid acceptũ sit coram te omni tempore. Jube dñe benedicere. Eterna sapientia illuminare dignetur sensus et corpora nostra. Amen. Lectio secũda.

IEsu mi dulcissima sapientia et felicissima verbũ patris: finis et principium omnium entium: piis oculis queso intuere ꝙa puluis sum et caro: et quod non est currẽtis neꝙ volentis sed dei miserentis. Recogita obsecro amarissimam passionem tuam quam pro me indigno pctõre pertulisti: et bonã volũtatẽ ad te ichoatã in me custodias. O mia mea ne derelinquas me. O refugiũ meũ: ne discesseris a me. O liberator meus intẽde in adiutoriũ meũ: et me mortuũ huic mundo in sepulchro tuo tecũ sepelias: et ab oñibus inimicorum insidiis abscondas: vt me a te nec vita / nec mors nec vlla fortune sors separet: sed permaneat morte fortior amor tuus mecũ in euũ. Tu aũt dñe miserere nrī. Deo grãs. ℟. Da michi dñe sediũ tuarum assistricẽ sapiẽtiã / ꝫ noli me reprobare a pueris tuis. Dñe seruꝰ tuus ego sum ꝫ filius ancille tue. ℣. Mitte illam a sede magnitudiis tue vt mecum sit et mecum laborꝫet.

Quoniam seruus tuus ego sum et filius an
cille tue. Jube domine benedicere. Dono sa=
pientie et intellectus: repleat nos spirit⁹ sā=
ctus. Amen. Lectio tertia.

BEfugium meum et liberatoꝛ meus p
immensum amoꝛem qui te in patibu=
locrucis amarissimā moꝛtem pꝛo me subire
coegit: peccata que immundus peccatoꝛ cō=
misi misericoꝛditer indulgeas. Et a cōmit
tendis: et a cunctis periculis in vulnere la=
teris tui pie custodias gressus meos in huius
vite fluctibus ad sanctum finem dirigas et
ad conspectū gloꝛie tue peruenire concedas.
Tu autē dñe miserere nostri. Deo gratias.
℟. Super salutem et omnem pulchꝛitudi=
nē dilexi sapientiā: et pꝛoposui pꝛo luce habe
re illā. Uenerunt michi oīa bona pariter cū
illa. ℣. Diri sapientie soꝛoꝛ mea es: et pꝛuden
tiā vocaui animā meā. Uenerunt michi oīa
bona pariter cum illa. Gloꝛia patri & filio et
spiritui sancto. Super. ℣s. Te deū laudam⁹
Ante laudes. ℣. Salutē mentis et coꝛporis
donet nobis Jesus sapientia patris. Amen.
Pater noster. Aue maria. ¶ Ad laudes.

DEus in adiutoꝛium meum intende.
℣ Dñe ad adiuuādū me festina. Glia

patri. Alleluya. Ant. Sapientia. Psalmus.
LAudate dominũ omnes gentes: laudate eum omnes populi.
Quoniam cõfirmata est super nos misericordia ei⁹: et veritas domini manet ĩ eternum. Gloria pĩ et filio. Ant. Sapientia clamitat in celis si quis diligit sapientiã ad me inclinet / et eam inueniet: et eam cũ inuenerit beatus erit si tenuerit eam. Capitulum.
HAnc amaui et exquisiui a iuuentute mea: & quesiui michi spõsam eã acquirere & amator factus sum forme illius. Deo gratias. Hymnus.
IEsu rex admirabilis / et triumphator nobilis: dulcedo ineffabilis totus desiderabilis.
Nec lingua potest dicere / nec littera exprimere / expers potest credere: quid sit Jesum diligere.
Hmor Jesu continuus / michi langor assiduus: michi Jesus mellifluus fructus vite perpetuus.
Eterna sapientia / tibi patriq; gloria: cum spiritu paraclyto / per infinita scla. Ꝟ⁹. Sapientia requiescet in corde eius. Ꝛm. Et prudentia in sermone oris illius. ℣s. Benedict⁹.

Quoniam seruus tuus ego sum et filius ancille tue. Jube domine benedicere. Dono sapientie et intellectus: repleat nos spiritꝰ sãctus. Amen. Lectio tertia.

